ꝓbet tranquillitatẽ appetat cũ errogãdũ egeno ꝑcipiat certũ ne sibiipsi desit timeat & ꝓpterea errogare nõ audeat. ¶ Qui solã ut stoici. ¶ Qui maxime. ut peripatetici. ¶ Propter se: ut sit summũ bonũ qd oĩa appetant: cuius gratia oĩa fiãt ut a me dictũ est. ¶ Itaq; singula singulis reddit. Nã stoici solã honestatẽ peripatetici nõ solã sed maxime p se dicebãt expetendã a quibus academici ueteres ut docuimus ferme nihil dissentiebant. dicti aũt sunt academici a loco in quo regressus athenis Plato a lõga peregrinatione cõmorabatur erat autem in suburbano ne morosus a quodã here academo noĩe sic appellatus: aere minus salubri. ¶ Quoniã Aristonis respõdet tacite obiectioni: & refellit Pyrrhonẽ Aristonẽ & Herillũ. poterat. n. obiici: ẽt Pyrrho Aristo. & Herillus pñt ꝑcipere de officiis: qm̃ in uirtute summũ bonũ cõstituerũt: quẽadmodũ Stoici: academici: & peripatetici. Respõdet Cicero dicens ipsos potuisse qdẽ de officiis disputare: si reliquissent aliquẽ delectum in rebus & actionibus: ut esset ingressus ad officiũ: sed cũ apud illos oĩa ꝓmiscua sint & nihil agendũ tanq̃ bonũ dicant aut reiiciendum tanq̃ turpe malũq; cũ nullã in actionibus humanis differentiã ponant: & uirtutẽ. ipsam se lectione spoliant: qua eligunt̃ ea quæ ad finẽ naturæ coniunctim perdunt nõ possunt disputare de officiis q̃ debent esse cõiuncta naturæ q̃ illi oĩno relinquebãt: cũ dicerent nihil esse magis scd̃m naturã q̃ aliud. Vnde electionem & intelligentiã earum reꝝ quæ nature cõgruerent: & eaꝝ quæ illi cõtraria essent relinquebãt & p cõsequẽs ipsam uirtutẽ quæ electio est: aut nõ sine electionem (ut iã dictũ est) Cum. n. ea quæ nature cõuenũt eligimus. i. oĩa honesta: & ea fugimus quæ nature cõtraria sunt & infesta. i. turpes actiones & uitia uirtutẽ habere dicimur. Qui uero uirtutẽ se lectione spoliãt ipsam uirtutẽ & prudentiã sine qua nõ modo nõ põt esse: sed ne intelligi quidẽ uirtus e medio tollunt q̃uis usurpent nomẽ uirtutis quæ nulla esse põt: ubi nil relinquit̃ expetendum qd nature magis cõiunctum sit q̃ aliud sequeretur enim magna uite cõfusio ut tam turpia q̃ honesta agere uirtus esset. hi ergo nõ possunt tractare officiũ: qd semp ad honestatẽ respicit q̃ illi a turpitudine non se ligebãt dicentes agendũ esse quicqd in mente inciderit: hoc modo dicebant. hoĩem uacare anxietatibus: cupiditatibus: timore & aliis affectib⁹ & illã esse beatã uitã in qua nihil est magis expetendũ q̃ aliud. Viues (inquit Aristo. apud eundẽ in libris de finibus) magnifice atq; preclare: si quodcũq; uisum erit ages nunq̃ angeris: nunq̃ cupies nunq̃ timebis. Cũ igit̃ talia sentire: locũ officio nõ relinquebat qd sequitur honestatẽ & turpitudinẽ fugit quippe si studiosi esse uolumus necesse est ut turpia ab honestis discernamus: qd Pyrrho & Aristo. minime fecerũt. In ultimo de finibus sic ait. Multa sunt dicta ab antiquis de contẽnendis ac despiciẽdis rebus humanis. Hoc. n. Aristo. tenuit preter uitia atq; uirtutes negauit esse rem ullam aut fugiendã aut expetendã. Herillus cum solam scientiã & animi ꝑfectionẽ amplecteretur de officiis pertinẽtibus ad uitã degendam disputare nõ poterat qm̃ nil aliud agendum in uita censebat q̃ contẽplari & philosophari & sic causam cõsilii capiendi in ipsis actionib⁹ relinquebat & naturam quæ uult ut corpus curetur & animus. Aliter corpus & corporis partes frustra dedisset ipsa natura si animũ tãtum curari uellet: & sic uita humana sustentari nõ posset: quapropter istoꝝ sententia merito explosa fuit Et sic Cice. per hãc cõfutationem cõstituit summũ bonũ humanũ in operatione studiosa & intelligẽtia eaꝝ rerum quæ sunt scd̃m naturã & earũ quæ contra. Ad hũc ergo finẽ. t. ad ipsam uirtutẽ tanq̃ ad signum quoddã oĩa officia dirigẽda sunt. Ideo dicit Sene. Nõ disponet singula is cui uite sua sue ꝓposita est summa. Scire debet qd petat ille qui sagittã uult mittere: & tũc dirigere ac moderari manutelum. erant concilia nostra cũ non habent quo dirigant̃ ignoranti quẽ portmu petat nullus suus uentus. Et alibi dicit. Proponamus oportet finem summum boni ad quem nitamur: ad quem omne factum nostrum dictumq; respiciat ueluti nauigantibus ad aliquod signum dirigendus est cursus. Vita sine proposito uaga est. ¶ Explosa. reiecta & exclusa. Explodo non tantum significat eiicio: sed eiicio manibus (& quidẽ cũ suo) pulsantibus qualiter quẽpiam e domo: e theatro: ex aliquo ue cõsilio iniectione manuũ atq; pulsatione eiicimus. unde sñia dicitur explosa quasi ꝓpulsatione manuũ eiecta tanq̃ ipsi illi qui huius sñie auctores ab ipso cetu iniectis in eos manibus reiecti sunt. Anaxarchũ (auctore Eusebio) Pyrrho audiuit: qui nec sensu: nec rõne quicq̃ posse cõprehendi docẽs manu risu omniũ explosus est. Huius opinionis & auctor fuit Xenophanes quem Pythagoras & Nessus audiuerũt. Nessum Metrodorus. Metrodoꝝ Diogenes. Diogenẽ Anaxarchus. Anaxarchus Pyrrho tñ q̃uis explosa & reiecta sit. Haberẽt ius suũ. i. possent iure suo disputare. ¶ Quoniã Aristonis multe fuerũt secte: sed Pyrrhonis Aristo. & Herilli penitus repudiate sunt: qm̃ nullum rerũ delectum reliquerũt. Aristochus finem dixit ad aliqd inter uirtutes ac uitia indifferenter uiuere nullã qualibet modica uarietatẽ relinquẽdo: sed eque se in se in oĩbus habendo: esse aũt sapientẽ prelato histrioni similẽ qui siue Thersite siue Agamẽnonis ꝑsonã fingat utrũq; decẽtissimo gestu imitatur. Naturalẽ item ac rõnalem locũ sustulit: dicẽs aliũ quidẽ esse supra nos: aliũ nihil ad nos: & solã quæ mores instituat partẽ ad nos ꝑtinere. Nullũ itaq; delectũ nullam rerũ differẽtiã relinquebat cũ nullam quãlibet modicã uarietatẽ faceret & indifferenter uiuendũ diceret inter uitia & uirtutes quasi equalia atq; idẽ oĩa essent Pyrrho heliensis negabat quicq̃ aut turpe esse aut honestũ: iustũ ue uel iniustũ eadẽ rõne & in oĩbus quicq̃ uerũ esse: ceterũ lege atq; cõsuetudine cũcta hoĩes facere. Neq;. n. esse quicq̃ potius q̃ illud. Cõsequẽs ad hæc illi uita erat: nihil quippe declinabat nihilq; deuitabat: sed oĩa sustinebat: & occurrentes etiã currus ĩmotus excipiebat. Herillus calcedoniẽsis finẽ sciẽtiæ habitũ in phantasiaꝝ acceptione nõ explicabilẽ uerbis. Aliqñ nullũ esse finẽ dicebat. Sed scd̃m casus uarios & res mutari ipsum: ut si idẽ es & Alexãdri fiat statuta & Socratis: differre aũt finẽ & causa quã steleimona uocabat. i. fini subiectã: hac quoq; & qui sapientes nõ suspicari: illũ neminẽ nisi solũ sapientẽ. Quæ autẽ inter uirtutẽ & uitium sunt indifferentia esse he quæ superius Laertius Cice. lib. de finibus. ii. quæ cũ Aristoni & Pyrrhoni oĩno uisa sint pro nihilo: ut inter optime ualere & grauissime egrotare nihil prorsus dicerent interesse recte iampridem contra eos desitum est disputari. Dum enim in una uirtute sic omnia esse uoluerunt: ut eam rerum electione spoliarent nec ei quicq̃ autẽ unde orietur darent: aut ubi niteretur qua amplexabant̃ substiterunt. Perillus autem ad scientiam oram reuocans unum quoddam bonum uidit: sed nec optimũ nec quo uita gubernari possit itaq; hic ipse iampridem est reiectus. ¶ Explosa: repudiata cum de risu eiecta: est autem plodere manibus quẽdam cum suo eiicere qualiter e domo: theatro: ex aliquo consilio eiicimus.

Opinio aristonis de sũma felicitate

Sũmum bonũ in actione studiosa est.

Attẽde.

Explodo.

Sentẽtia explosa.

Anaxarchus.

F.M. expositio.

☞

Pyrrho heliẽsis curr⁹ im mot⁹ excipiebat

Herillus calcedoniẽsis de fine.

¶ De officio quod ut tueatur a nostris cõmodis discedamus oportet.

Habere de

¶ Sed aliquem delectum est potuissent aliquam differentiam in rebus agendis: ut aliquid agendum esset potius

ꝗ alind habere enim delectũ rerũ eſt inter res ipſas circa quas humana uita uerſatur ponere aliquã differentiã: ut aliqd agendũ ſit tanq̃ honeſtũ aliquid uero fugiendũ tanq̃ turpe. Delectus dicitur a deligo deligis qđ idẽ eſt qđ ſeligo & eligo: & facio differentiã. Vnde ſelectio dicit᷑ a Cicerone. Virtutẽ (inquit in lib. de finibus) Pyrho & Ariſtõ. ſelectione ſpoliabant. Iſti igitur nõ ponebãt aliquã differentiã in rebꝰ appetẽdis aut fugiẽdis. ſed res ipſas promiſcuas dicebãt cum proprium prudentie ſit bonoꝝ malorũq; habere delectum. equatis aũt oĩbus rebus ut inter has nihil interiit prudẽtia nõ habet locum. & ſic perit uirtus cuiꝰ nomẽ illi uſurpabãt in ea ſummũ bonũ ponẽtes que apud ipſos nulla eſſe poterat cũ nulla eſſet rerũ ſelectio. Pyrrho & Ariſto. Prima natura .i. bonã ualitudinẽ membroꝝ integritatẽ ac ſenſuũ & ſimilia nõ curarunt uirtutis ſplẽdore capti. quapropter exploſi ſunt: qm̃ uirtus inuicta fuit non ut naturã deſereret: ſed ut illam adiuuaret ad cõſeruationẽ eorũ quæ uirtus hmõi tribuit. tẽperantia. n. ualitudinẽ tuetur: fortitudo & ſe & ſuos. ¶ Ad officiĩ inuentionẽ. officiũ nõ põt inueniri & cõſtitui niſi honeſta diſcernant᷑ a turpibus illi nullũ relinquebãt ingreſſum ab officio cum oĩs res ita exequarẽt: ut inter ipſas diceret nihil intereſſe: eſt eñ officiũ agere honeſta turpia uero cõtra officiũ. Sed cũ dicitur nullã eſſe differẽtiã inter honeſtũ & turpe nõ relinquet᷑ aditus ad inuentionẽ officii. habito autẽ rerũ delectu ſtatim officiũ inuenitur agere. ſ. q̃ honeſtũ eſt: & turpitudinẽ fugere. ¶ Plato in dialogo de uoto ſic ait. Prudẽtes ſunt quicũq; agẽda dicendaq; cognoſcũt: qui utraq; ignorant ſe nõ cognoſcũt & agẽtes & loquẽtes quæ nõ oportet. ¶ Igitur cum iſtoꝝ ꝓpria ſit ꝑceptio de officiis. ¶ Hoc tp̃e ſcripturus de officiis inquit. uolo potiſſimũ imitari ſtoicos: & maxime Panetiũ qui de officiis accuratiſſime ſcripſit quẽ fere totum his libris Cicero hauxit. ¶ Hoc tp̃e quo. ſ. ad te ſcribimus quẽ mediis officiis (cũ in ea ætate ſis in qua nõ põt habere ꝑfectã potentiã ad perfectũ officiũ qđ in ſapientẽ ſolũ cadit) preparare ac ducere cupio. Segregabo inquit media officia ſiue cõia de ipſis ad tuã inſtitutionẽ cæterorũq; ſcribã: ut tandẽ ad ꝑfectũ ſiue rectũ peruenias. i. ad tuã perfecttionẽ & fælicitatẽ: quã ſtoici ſola uirtute ponebant: cui nomẽ indidere honeſtũ: & cũ dicit hoc tẽpore oñdit Cice. nolle diſciplinã ſtoicoꝝ ita tenere ut alias reiiciat: cũ ſe Academicũ ꝓfiteretur. Volo inqt in pſentia potiſſimũ imitari Stoicos: nec uolo ipſoꝝ ſingula uerba interpretari tanq̃ illoꝝ ſecte aditus & diſcipline: ſed id accipiã qđ uolo mihi uidebitur ꝓbabile ut decet Academicũ. Et utitur pulchra trãſlatione. Locos. n. graues & ſtoicoꝝ opiniones appellat fontes: ex quibus uult haurire. i. accipere id qđ ꝓbabile uidebitur. ¶ Potiſſimũ maxime: q̃a nõ reliquit diſciplinã Peripateticoꝝ & academicoꝝ: ſed id accipit ubiq; qđ cõuenit materie de qua ſcribit. ¶ In hac queſtione. in inq̃ſitione officii. ¶ Sequimur ſtoicos ſegregãdo. ſ. rectũ officiũ qđ oẽm habet perfectionẽ: & tenendo ſolum honeſtũ eſſe bonum: qđ non concedebãt Academici & peripatetici dicentes eſſe tria bonoꝝ genera animi corporis & fortune: hæc duo poſtrema Stoici appellabant præpoſita & aliqua eſtimatione digna cenſebant ſed nõ adiungebãt ad finẽ bonoꝝ: quẽ ex ſolo perfecto atq; honeſto cõſtituebant: ut in tertio de finibꝰ latius ſcribã inquit de mediis officiis: quæ a ſtoicis: neq; in bonis: neq; in malis ponebantur: ſed eſſe dicebant actiones de q̃bus reddi poſſet certa ratio: ut ſunt hæc officia quæ litteris a Cicerone mãdatur. Nam zeno recte facta ſola in bonis ponebat peccata in malis: officia autẽ media putauit. unde cum Cicero intendebat rudes inſtituere: ue hoĩes ea rõne qua uerſantur in ſocietate ciuili & nõ ſunt prudẽtes dat precepta officioꝝ. i. actionũ de quibus poſſit reddi ratio quare ita factũ ſit. Ideo ait. ſeq̃tur ſtoicos in hac q̃one. Nam imitatur Panetiũ ſtoicũ qui affricanũ erudiuit: nec ſecutus eſt illã rigiditatẽ & ſeueritatẽ ueterũ ſtoicoꝝ de quo ita ſcribit idem in libris de finibus. Itaq; hõ in primis ingenuus & grauis dignus illa familiaritate Scipionis & Lelii Panetius cum ad. Qu. Tuberonẽ de dolore patiẽdo ſcriberet: qđ eſſe caput dicebat: ſi ꝓbari poſſet: nunq̃ poſuit nõ eſſe malũ dolorẽ: ſed qđ eſſet: aut quale quãtũcũq; ineſſet alicui. deinde que ratio eſſet ꝑferendi cuius quidẽ (qm̃ ſtoicus fuit) ſentẽtia cõdẽnata eſt mihi uidet᷑ eẽ imanitas iſta uerborũ. Cicero igitur ſequit᷑ ſtoicos accipiẽdo media officia: & dicẽs ſolũ honeſtũ eſſe ꝓpter ſe expetendũ in omnibꝰ aliis eſt fere totus Peripateticus & Platonicus in his potiſſimũ quæ ad gubernationẽ ciuilem pertinent. Imitatur. n. platonẽ cui palmã ſemp tribuit. ¶ Nõ ut interpres. nõ qđ uelim inquit tanq̃ illorũ diſcipline aditꝰ interꝑtari ad uerbũ ſentẽtias eorũ. i. latine exprimere quicqđ illi græce ſcripſerũt ſed hauriã de fontibus eorũ q̃ ꝓbabilia uidebunt᷑: ut facere in aliis operibus ſcribẽdis cõſueui. Cicero. n. (ut ſupradictũ eſt) noluit ſibi aliquã certã preſcribere diſciplinã phoꝝ: ſed ex oĩbus id qđ melius & ꝓbabilius uidebat᷑ elegit. oratorioq; ornatu cõplexus excoluit in primo de finibus ſic ait. qđ ſi nos nõ interpretũ fungimur munere: ſed tuemur ea q̃ dicta ſunt ab his quos ꝓbamus: eiſq; noſtrũ iudiciũ & noſtrũ ſcribẽdi ordinem adiungimus qđ agant cur greca anteponãt his q̃ ſplendide dicta ſunt: neq; ſint cõuerſa de græcis. ¶ Iudicio noſtro iudicabo (inquit Cice.) tanq̃ arbiter. nõ interpres qđ ex opinionibus ſtoicorũ tenendũ ſit & ſic laudat ſe dicẽs futurũ ſe iudicẽ & arbitrũ ſtoicoꝝ. Interpres ad uerbũ exprimit id qđ iterꝑtat᷑ nec aliquid addit aut minuit hoc eſt officiũ fidelis interpretis. Iudex aũt habet delectũ & ea tenet quæ ꝓbabilia uidẽtur reiicitq; iprobabilia: in quo delectũ habẽdo opus eſt iudicio: qđ Cicero ſe iam habere latẽter gloriat᷑ dicens ſe nolle fungi in hoc interpretis officio: ſed iudicis atq; arbitri qđ maius eſt. Arbitriũ quippe iudiciũ eſt: ſed non omne iudiciũ eſt arbitriũ. Iudiciũ. n. rõne nititur: arbitriũ etiã uoluntate pro qua ponitur aliquãdo. Iudex. n. de iure ſolum iudicare debet & nõ tranſgredi limites rõnis & preſcripta legum: arbiter aũt pro uolũtate ſua. Arbiter. n. ꝓprie eſt electus ex cõſenſu partiũ: ut pro ſua uoluntate diiudicare & cõprimere poſſit cõtrouerſias ut poſtea dicet de Labeone qui datus fuit arbiter Nolanis & Neapolitanis diſceptantibus de finibus agroꝝ. Cicero igitur nõ ut interpres: ſed ut arbiter accipit ex opinionibus ſtoicorũ quicqđ placuerit ei melius & ꝓbabilius iudicio arbitrioq; ſuo uidebitur. Arbiter (inquit Nonius) dicitur iudex qui totius rei habeat facultatẽ: & arbitriũ dicit᷑ ſentẽtia quæ arbitrio ſtatuitur.

¶ Aliquem delectum ut non dicerent ſicut Ariſtote. eque in omnibus uiuendum: aut quicq̃ turpe aut honeſtum iuſtum uel iniuſtum negarent. Et quæ inter uitium & uirtutem ſunt indifferentia eſſe: ut Pyrrho & Herillus.

¶ Ad officium inuentionẽ hoc eſt differẽtias rerum: cognoſcentes quomodo utendũ officio eſſe per eos intelligeremus. ¶ Sequitur igitur. Cõcluſio eſt: hoc tempore ſcribentes de officiis. ¶ Potiſſimum ideo hoc ait: quia & Academicos & peripateticos quoq; ſequit᷑: aliqd a ſtoicis diſſentientes. ¶ Queſtione: diſputatione: inq̃ſitione: materia. ¶ Nõ ut iterpres ut q̃ illi dicũt tm̃ trãſſeramꝰ & nihil ex nobis adiiciamꝰ. ¶ Vt ſolemꝰ in libris: noſtriſquos de phia grecos imitãtes ſcribimꝰ. ¶ Et fõtibꝰ eoꝝ: trãſlatio ẽ. ¶ Iudicio ut eligamꝰ q̃ eligẽda uident᷑. ¶ Arbitrio uolũtate &c.

lectum. Delectꝰ. Delectõ. Ordo. Cur nõ eſt iuncta. Officiũ eſt agere honeſta Turpia uero cõtra officium. Panetiũ Cice. inſequit᷑. Prudentes qui ſunt. Rectum Hõeſtũ. Tranſlatiõe utit᷑ Media officia actiones dicunt. Panetiꝰ ſtoicꝰ africanũ erudiuit. Cicero. Platonis imitator Interp̃s. Iudex. Arbitriũ Iudicũ. Iudex. Arbiter. Arbitriũ F.M. Expoſitio.

ASCE.

Placet igitur. Hic ostendit a quo exordiendū sit: quia de diffinitione eius de quo agendū est pretermissum: tamen si multiplex fit eius distinctione ac diuisione.

Ordo.

¶ Ordo est. Igitur quoniā oīs disputatio futura est de officio placet diffinire ante .i. in principio quid sit officium qd ego miror esse pretermissum a Panetio stoico philosopho qui de officiis plurima scripsit: sed Marsus ostendit nō esse mirandum: ostendit tamen cur miret̄ dicens. Omnis .n. institutio .i. in aliquā sniam introductio quæ suscipitur de aliqua rōne .i. rōnabiliter uel ex deliberatiōe aut debito modo debet proficisci idest oriri & incipere progredi a diffitione ut intelligat̄ quid sit de quo disputetur idest disquirendum sit.

ERAS. Idest in orone li sic nota uit so. in phedro. Pli.

Preparat officium quid si describere nāq;
Quod genus est noto noscere nata licet.

Dicit se officii primo descriptionem positurum ut ea cognita ea quæ ab officio proueniunt facilius intelligantur.

Placet igitur quoniam omnis disputatio de officio futura est ante diffinire quid sit officium qd a Panetio pretermissum esse miror. Omnis enim (quæ a ratione suspicitur) de aliqua re institutio debet a diffinitione proficisci ut intelligatur quid sit id de quo disputetur.

Placet igitur. Priusq̄ de re disputare incipiat: ut uitetur omnis ambiguitas officium prius diuidit: Inde desinit. nam propositio ambigua distinguenda est: & cū sumus in equiuocatione debemus diuidere uocem equiuocam in sua significata. Diuisio fit tripliciter: generis in species ut animaliū: alia sunt rōnabilia alia irrationabilia. Totius in partes: ut domus: aliud est tectum: aliud pauimentum: aliud paries. Vocis in significationes proprias: ut canis significat aīal latrabile: sydus celeste: canē marinū. Et cum sit diuisio nois per significationes proprias equiuocationis partitio nuncupat̄. Cū oratio ambigua in significationes ꝓprias distribuitur: discretio ambiguitatis appellat̄ quā græci amphibologiā dicunt ut est illud Aio te eacida romanos uincere posse. Ergo cū nomen plura significans equiuocū sit: ut inter eos qui ambigunt cōueniant qd sit de quo agitur distinguendū est: & est officiū nomē equiuocū: nisi aliquid addatur. Nā est officiū mediū & pfectū: mediū positū est in ꝑceptis: pfectum siue rectū pertinet ad finē bonoꝝ. Sed in hoc loco utitur Cice. diuisione generis in species: officiū .n. est tanq̄ genus & duas habet species cōiunctas: officiū pfectū & officiū mediū disputaturus (inquit) sum de medio officio siue cōi qd tendit ad finē & cadit sub preceptis quibus usus uitæ in omnis partes cōfirmatur. ¶ Disputatio subtilis inqsitio anteq̄ incipiamus disputare: ut oīs tollatur ambiguitas. ¶ Diffinire patefacere qd sit officium. Nā cum quærimus officiū nō possumus scire quale sit: nisi prius quid sit cognouerim⁹. ¶ Vnde in .ii. lib. de finibus cōfutaturus opinionem. Epicuri de summo bono definit uoluptatē atq; necessariā esse diuisionē atq; definitionē rei dicit. oīs aūt inquirendo dicitq; uia quadā & rōne habetur oratio ꝑscribere primū debet ut quibusdā in formulis ea res agatur: ut inter quos dissidetur cōueniat qd sit id de quo disseratur & in oratore hoc ꝓcipit dicens. Nouerit primū uim naturā genera uerboꝝ & simpliciū & copulatoꝝ. Deinde qd modis quodq; dicat̄: qua rōne uerū falsum ut sit iudicet̄ id efficiatur a quoq; qd cuiq; cōsequēs sit quodq; cōtrariū cūq; ambigue multa dicent̄ quō quiq; eoꝝ diuidi explanatiq; oporteat. explicanda igitur est uerbis mens nostra atq; inuolute rei noticia definiēdo aperienda est. ¶ Siquidem definitio est: oratio quæ qd sit de quo agit̄ ostendit q̄ breuissime. Explicato genere cuiusq; rei uidēdū est quæ sint eius generis siue formæ siue partes. ut in eas tribuatur omnis oratio. Institutio (ut inquit Fabius) est rei posite ꝓpria & dilucida & breuiter cōprehensa uerbis enunciatio. Disputatio proprie dialecticoꝝ est qui subtiliter cum rōne formulisq; oīa inquirunt & tractant Cicero ait in oratore: q̄q̄ aliud uidetur oratio esse: aliud disputatio. Nec quidē loqui esse qd dicere attamē utrūq; in disserēdo est. disputādi ratio & loquēdi dialecticorū est. oratorū aūt dicēdi & ordinandi. Plato. sic scribit in phedro. In oībus o puer unicū principium his qui bene cōsulere uolunt est intelligere quid illud sit de quo cōsulatur uel oīno ab errare necesse est plærosq; uero latet: q̄ nesciāt rei substantiā: ergo inquit ne nobis accidat qd in aliis dānamus quid amor ipse sit: & quā uim habeat diffinitione ex consensu posita cognoscamus. & paulopost dicit eos qui bene diuidere res nouerūt ac definire dialecticos appello. Aristoteles in .x. hystorie aīalium sic scribit causa uero q̄obrem antiquiores illi auctores non adhuc inuenerint modū qd quid res esset. atq; substātie diffinitionem ipsam explicare non solebant. Sed Democritus hanc tetigit primus. Socratis uero tꝑoribus usus quidem definiendi increuit: sed indagatio rerum naturaliū desiit. Nā omne philosophādi studium ad utilem uirtutē ciuilēq; usum translatum est. Quod .s. definire qd sit officiū. Miratur Cicero Panetiū Stoicum disputantem de officiis pretermisisse. Officii definitionē. Sed (pace Ciceronis dixerim) Panetius cum esset Stoicus ne a dogmate discederet iure suo & diuisionē officii: & definitionē omisit. cum apud stoicos nulla eēt ambiguitas de quibus officiis disputandū esset. qm̄ ut supra dictū est ex correctione zenonis officia media erant inter honestū & uitiū. Vnde cū dicerent se disputaturos de officiis. intelligebat̄ de officiis mediis & actionibus de qbus posset reddi certa ratio & zeno nō uirtutis usum: ut academici & peripatetici. sed ipsum habitū uirtutis per se preclarū esse dicebat oībusq; affectibusq; sapientē uacare uoluit: qd negant peripatetici. Non igitur opus erat tanq̄ uocem ambiguā definire officium cū apud Stoicos planū esset officia de quib⁹ dantur ꝑcepta esse media: & neq; in bonis neq; in malis locari. perfectum aūt officium appellabant honestum Cato tenens Stoicoꝝ dogma lib. iii. de finibus. Ex stoicoꝝ snia ita loquit̄: sed cum qd honestū sit id solū bonū esse dicamus cōsentaneū tamen est fungi officio. cū id officium nec in bonis nec in malis ponamus. Est .n. aliquid in rebus ꝓbabile: & ita quidem ut eius ratio reddi possit. Est autē officium qd ita factum est. ut eius facti ꝓbabilis ratio reddi possunt ex quo intelligitur officium medium quoddā esse. qd neq; in bonis ponatur: neq; in cōtrariis qd rōne actū erat id officium appellant stoici. Igitur non oportebat diuidere finireq; officiū qd per se clarum erat ex stoicorum disciplina & dogmate. Ergo cum dicebant se daturos precepta de officiis. De mediis siue cōmunibus sine ambiguitate aliqua intellegebatur. & ideo rem per se claram non erat opus diffinitione patefacere. Omnis enim probat Cicero quare panetius debuerit officium diffinire. ut .s. tol-

Diuisio fit tripliciter duplex mēbroꝝ nomen.

Officii species.

Verbis mens explicāda.

Diffinitio qd sit

Diffinitio scdm Quinti.

Disputatio dialecticorū ē proprie dicere & ornare oratorū.

Qui sint dialectici.

Democrit⁹ diffinitōnē inuenit socrates anxit panetius spreuit.

Institutio.

Scia sine rōnibus esse nequit.

leretur omnis ambiguitas. & intelligeretur de quo disputandum esset. & quid esset istud officium. & quae uis huic uerbo obiiceretur. Omnis institutio preceptio & propositum de aliqua re agenda. In oratore sic ait. quicquid est igitur de quo ratione & uia disputetur. i. ad ultimum sui generis formã speciemq; reuocandũ. ℭ A rõne. Nam scientia (ut dicebat Plato) non potest esse nisi in rõnib⁹: qua de causa diffinitione rerũ pbabat & has ad omnia de quibus disputabatur adhibebat. Ideo dicit a rationibus qua dilectissimi utunt᷑. nam nihil dicunt sine ratione quorũ ppria est disputatio. Nam dialectici argumentis & quasi rerũ notis ducibus utuntur ad pbandum & ad cõcludendum id qđ explanari uolunt: oĩs igitur oratio q̃ uia quadã & rõne habetur debet habere initiũ disputationis a diffinitione ut uidetur oĩs ambiguitas. ℭ Diffinitio est patefactio rerũ operarum. cum quod quidq; sit aperitur. Et omnis bona definitio constat ex genere & differentiis: ut homo est animal rationale. & nihil carens genere & differentiis diffinitur pprie. sed ita uerbis circũscribitur ut cũ aliis cõmune nõ & intelligatur quid sit id qđ eo modo describitur. Res superiores nulla diffinitio cõplectitur. Idcirco q̃ earum superiora genera inueniri nõ possunt. Inferiores ut sunt indiuidua ipse quoq; specificis differentiis carent de quo circa concluduntur etiam a diffinitione. Medie res quae & habent genera & de aliis uel speciebus: uel de generibus uel indiuiduis predicatur sub diffinitione cadunt. Descriptione utuntur oratores cum patefaciunt uim & pprietatem alicuius rei de qua dicunt. Latinis. i. uagantur & pluribus uerbis circũscribunt id quod uolunt intelligi. Partitio est generis in proprios locos dispositio ut bonorũ alia sunt in animo: alia in corpore. alia extra corpus: genus in diffinitione positum cum caeteris unit idest quod diffinitur differentia uero separat & propriam facit formam.

Ex qbus cõstat definitio. Descriptione u/tuntur oratores Particio. Genus. Differentia. ASCE.

Et habitu quaerit uenientium quae potiora.

Quod cõmune iuuat denotat officium.

ℭ Cum de perfecta officio qđ in habitu uirtutis cõstat non dentur precepta querit de numero officiorũ a tali habitu pcedẽtiũ quae precellentiora sint dicitq; actũ uirtutis eo maiorẽ quo plurimũ consulit utilitati ut qua uirtute fortitudinis equanimiter quiq; sibi fortune obiecta tollerat fortis dicendus est qui autẽ pro patrie tuitione nec sibi parcit nec aduersa ulla subire renuit hic nimirum fortior est iudicandus & ita in uirtutibus caeteris.

Argumentum Erasmicum.

ℭ Quoniam nõ est simplex officiĩ uocabulum: neq; poterat in genere diffiniri cõmode diuisionem explicat: duplicibus quidẽ uerbis: sed eadẽ. facit aũt ex stoicorũ sententia duo genera officiorũ: alterũ quod perfectum uocãt: estq; cum fine boni cõiunctũ: neq; in quẽq̃ preterq̃ in sapientẽ cõpeti alterum medium siue inchoatum per se: neq; bonum sit: neq; malum. sed ad usum aliquem uite sumitur: ut recte depositum reddere perfecte sit officii: depositũ reddere imperfecti cũ recte nisi sapiens nemo reddat: reddunt autẽ simul & stulti. Diuus autem Ambrosius prioris generis esse putat quae scđm consilia fiunt posterioris q̃ scđm precepta: ut bene administrare rem ad inchoatũ officium pertineat. erogare in pauperes ad perfectum.

ℭ Diuisio officii.



Mnis de officio duplex ẽ q̃stio unũ genus est qđ ptinet ad finẽ bonorũ alterũ qđ positũ est in p̃ceptis qbus i oẽs partes usus uite cõfirmari possit. Supioris generis. Hmõi exẽpla sũt. Oĩa ne officia pfecta sunt nũqđ officiũ aliud alio maius sit: & q̃ sunt eiusdẽ gñis. Quorũ autẽ officiorũ pcepta tradũt᷑ ea q̃q̃ ptinet ad finẽ bonorũ tñ id minus appet: qa magis ad ĩstõnẽ uite cõis spectare uidẽtur de qbus ẽ nobis his libris explicãdũ. Atq; ẽt alia diuisio est officii. Nã & mediũ officiũ quoddã officiũ dicit᷑ & pfectũ. Perfectũ aut offm̃ rectũ opinior uocemur: qđ graeci Katortoma appellãt. Hoc aũt cõe officiũ uocãt: atq; ea sic diffiniũt: ut rectũ qđ sit: id pfectũ



Mnis de officio. Ponit diuisionem officii duplicem quarũ prior est officiorum alter pertinet ad finẽ bonorum. i. ad speculationẽ qua inquiritur an summum sit alterum ad praecepta quibus praecipitur quomodo officiũ exercebitur: & de hoc hic principaliter agetur. Secũda diuisio est Officiorũ alterũ perfectum & animo rectum de quo dubitari non contingit: alterum medium: idest in pbabili consistens. ℭ Ordo est. Omnis questio. i. inquisitio de officiis est duplex: unũ genus officiorũ supple est qđ pertinet ad fidem bonorum. i. ad inquisitionẽ de summo bono. Alterum sup. est qđ positum est in pceptis. Quibus sup. praeceptis usus uite. i. usualis uita possit cõfirmari. i. stabiliri & approbari in omnes partes. i. ad qualibet partem uite amplexandã aut refutandam Exẽpla generis superioris. i. prioris uidelicet eius quo inquiritur qđ summum bonũ sunt huiusmodi. Ne pro an omnia officia sint perfecta: & nũquid aliud officium sit maius alio: & sup. omnia ea quae sunt eiusdem generis. i. modi & nature. Autem pro sed q̃q̃ ea officia quorum officiorum praecepta traduntur: pertinet ad finẽ bonorum idest ad summum bonum (praecepta enim praesupponunt inquisitionem de summo bono) nihil: enim rite praecipitur quod non in summum bonum ordinetur: nec potest tale praecipere qui ne sit quid summum bonum sit tamen id uidelicet q̃ ad finem bonorum pertineant minus. i. non apparet uel minus q̃ de alii quia uidentur magis spectare ad institutionẽ cõmunis uite de quibus sup. officiis ad precepta pertinentibus explicandum est nobis. i. mihi. s. Ciceroni in his idest meis libris. Atq; pro & est etiam alia diuisio officii. nam dicitur & i. etiam quoddam officium medium idest in probabili cõsistens & sup. quoddã pfectũ: de quo. s. dubitari non cõtingit. Ego autẽ opinor q̃ supple uocemus idest appellemus officium perfectum officiũ supple rectum quod officium perfectum & rectum graeci diffiniunt idest describunt diffinitione indicante qđ nominis katortoma idest recta effectio siue rectum officium: nam officium dicitur quasi efficium. i. effectio autem

Ordo.

Officiũ quasi efficium dicitur.

officium esse definiant. Medium autē officiū id esse dicūt: qđ cur factum sit ratio probabilis reddi possit.

pro sed ipsi: uocant hoc.s.officiū mediū cōe.i. quasi oibus cōueniens. Atq; ipsi sup. graeci diffiniunt ea sup. officia iam dicta.s.rectū & mediū ut diffiniant id officiū esse pfectum qđ sit rectum. Auté pro sed ipsi dicunt id officiū esse medium qđ idest de quo cur sit factum potest ratio ꝓbabilis reddi.

P.M.expositio.



Mnis de officio duplex est questio. Hæc est diuisio officii quá facit ante diffinitioné. Duplex est inqsitio de officio. Vnū quippe officiū est primum & pfectū in quo cōsistit summū bonū: & hoc officiū ab habitu iam parto ipsius uirtutis ꝓficiscitur: & nō cadit nisi in sapienté.i. uirtute ṗditū & uirū pfectū: De hoc officio nō dantur ṗcepta: qm̄ sapiēs ipsum exercet q̄ nō eget ṗceptis: imo pōt ipse ṗcepta tradere: cū habeat iam pfectioné suá. Sed disputatur solū an oia officia q̄ a tali habitu uirtutis ꝓficiscuntur sint pfecta: & an una actio sit maior alia & pstabilior: & in qua magis summū bonū cōsistat. Est fortitudo & iusticia quæritur in cuius istarum duarꝫ usu magis consistat summū bonū: & dicet̄ cōsistere in ipsa iusticia. qm̄ est ad cōseruationé humane societatis & patet latius. Ista igitur quærere prudētis est. De hoc officio nō disputaturus est: sed de officiis mediis in qbus hoíes se exercēt anteq̄ ꝑueniát ad usum uirtutis. Vñ prudētis est habere delectū bonorꝫ & malorꝫ: & officiū prudētis est ꝓponere finē humanū & inuenire ea q̄ sunt ad finē & cōsiderare pfectioné officiorꝫ inter se cōstituere diiudicare q̄ in quo officiū illud extremū magis cōsistat. Ná quēadmodū quædá actiones quibusdá aliis actionibus ṗstabiliores sunt sic finis unus alio fine ṗstabilior est. Et finis est ṗstabilior eo qđ est ad finé: & cū plures sint artes necesse est plures esse fines: & ut sese habēt illa quoqꝫ sunt fines: ita sese habēt ipsi fines & illud ꝓpter qđ est aliud. ṗstabilius est eo qđ est illius gratiá. Prudētis igit̄ ut dicebát est habere húc delectū qđ facit Cice. in libris de finib⁹ in qb⁹ disputat in quo ná cōsistat finis bonorꝫ. Istud igit̄ officiū pfectum in quo cōsistit finis bonorꝫ omittit̄ a Cice. qm̄ nō eget ṗceptis cū in se habeat oís numeros & nō sit cōmune: sed a solo sapiēte.i. uiro pfecto ꝓficiscat̄ & usu cumulate uirtutis in.iii.de finib⁹ ex stoicorꝫ sñia sic ait. Bonorꝫ alia sunt ad illud ultimū ꝑtinētia: alia efficiētia: alia utrūq; de ꝑtinentibus nihil est ṗter actiones honestas de efficiētibus nihil ṗter amicū: sed ꝑtinenté & efficienté sapientiá uolunt esse. Ná quia sapiētia cōueniēs actio est cū illo ꝑtinēti genere qđ diximus: qđ aūt honestas actiones affert & efficit id efficiēs dici pōt. ¶ Alterū positū in ṗceptis: hoc est illud officiū de quo pōt reddi certa rō cur ita actū est. Ná ex sñia stoicorꝫ ut dici qđ cū rōne agit̄ officiū est de hoc ṗcepta tradunt̄: qm̄ nō ꝓficiscit̄ ab habitu uirtutis ut illud pfectū: sed hoc ṗcipere est ēt prudētis: cui⁹.n. officiū est finē ultimū cōsistere (.i. summū bonū: qa bonū & finis cōuertūtur: & sic summū bonū & finis ultimus: & qđ agēdū sit íperare) eiusdē est inuenire media qbus ad finē ꝑueniat̄ ut sunt hec media officia: qbus homo istituit̄ ad societaté ciuilé que cōia sunt oibus de quibus Cicero disputaturus est: qm̄ nō sapiētes qđ esset absurdū: sed rudes instituere cupit & ad sapiētiá formare: Sed hec officia q̄q̄ uidentur cōparata & tradita ad institutioné uite cōis tamē ꝑtinēt ad illud finē bonorꝫ & humaná felicitaté. Ná is tádem officiis consequimur habitū uirtutis in cuius usu ut uolūt Peripatetici: siue habitu ut Stoici: finis bonorꝫ.i. fælicitas cōsistit. Ideo dicit q̄q̄ pertinet ad finem bonorꝫ: tñ id minus apparet. qa uident̄ spectare magis ad institutionem uite cōis q̄ ad summū illud & extremū bonorum. Prudentia & iusticia officiis cōstant (inquit Sene.) officia præceptis disponitur. Preterea ipsum de bonis malis q̄ iudicium cōfirmat̄ officiorum executione ad quam præcepta perducunt.

De pfecto officio non dant̄ ṗcepta cū sit habit⁹ uirtutis exercite sed de officiis ab eo ꝓficiscentibus & q̄ interea precellit. Bonorū diuisio. Mediū officiū. Bonū & finis cōuertunt̄

F.M.expositio.

¶ Omnis de officio &c. Nunc officium diffinit per diuisionem eius generum. Genera auté Cice. pro qualitatibus more suo accipit: dicit itaq; duas eius species esse alterá que finē respicit: alterá quæ in preceptis posita est. ¶ Finem bonorꝫ cōquerimus quis sit bonorꝫ finis ꝓpter quē aliquid agimus: & ad quē aliqua nostra operatio refert̄. Multi quidé fines sunt ut multi sunt actus & artes & sciētie. Ná ut ait Aristo. omnis ars omnisq; doctrina. Similiter autem actus & electio bonū quoddá expetere uidentur. Medicine finis est sanitas. Nauicularis nauigiū rei: militaris uictoria cæteris operationū finibus que eá precedūt sciētie: item ciuili quæ quas disciplinas in ciuitatibus esse & quales quéq; adiscere & quousq; oportet disponit. Subsunt res militaris economica rhetorica atq; alie scientie. Easdé leges fere quid agere quisq; a quo ut abstinere debeat cōstituit. Itaq; eius finis aliarū fines continet. Est auté summū humanū bonū ipsa tñ bonū affectat: qđ est oíum agibilium supremū & hoc felicitas est. Sed Cice. nō de oíum rerum supremis finibus loquitur: sed de particularibus honestis & eorꝫ opationibus dūtaxat. Cū dicit duas de officio esse qōnes: alterá quæ ad finé bonorꝫ spectat: alterá q̄ posita est in ṗceptis quibus cōis uita instituitur: ut cū quærit̄ qđ sit prudētia: quid iusticia: qđ fortitudo: quid tēperátia: quid utilitas: quid honestas ad bonorꝫ finé quæstio spectat. Cū uero quæritur qua ratione hec uel illa pars iusticie tractari debeat: qđ in hac: quid in illa re fieri: qđ ab hoc: qđ ab illo scđm q̄uis hōesti parté agi: aliud.n. iuuené: aliud sené: aliud uirū: aliud feminá decet. aliud magistratū: aliud priuatū. Questio in ṗceptis posita est que ad opationes & uite actiones ꝑtinēt. In nulla aūt humana re tanta certitudo est: quáta in opationibus scđm uirtuté q̄ stabiliores q̄ sciētie uident̄ esse: ut ait Aristo. nam quid agendū in quaq; re sit scđm honestaté ostendūt. ¶ Vsus uite exercitatio & modus uiuēdi. ¶ In oís partes. ná ut supra patuit. nulla est uite pars q̄ debeat uacare officio & hæc precepta unicuiq; etati cōueniūt quib⁹ instituit̄ paraturq; uita hoís ad perfectū officiū qđ ꝑtinet ad finé bonorꝫ. ¶ Superioris generis: illius officii qđ ꝑtinet ad finé bonorꝫ. Nam querit prudēs: an oía officia pfecta sint: ut si querat̄ utrū magis meretur laudé fortitudinis: ille scilicet qui forti aío articularis morbi dolores & febriū estus. ceterosq; corporis cruciatus: an ille qui patit̄ dolores pro salute patrie. pfecto hic magis q̄ ille: & hoc est maius officiū fortitudinis q̄primū: & sic de similibus. Sed ista iudicare prudentis est. Et q̄ sunt generis eiusdē.i. q̄ sunt similia inter se & alia: cognoscere aūt pfectioné officiorꝫ prudentis est. unde dicit Aristo.i. ethico. Singula bene per ꝓpriá uirtuté efficiūtur: q̄ cū ita sint fit ut bonū humanū sit operatio aíe ꝑ uirtuté & si plures sunt uirtutes ꝑ optimá & pfectissimá. Iudicare aūt que ná sit pfectissima illius est: q̄ usum habet uirtutis. ¶ Quorꝫ aūt officiorꝫ: qbus.s. istituit̄ uite cōis societas iter se ordo est: ea.s. officia quorꝫ tradātur ṗcepta q̄q̄ ꝑtinēt. ¶ Id qđ ꝑtineát: qm̄ officia tádē ducūt ad illū finē. ¶ Minus apparet.i. nō uidētur: qm̄ uidentur cōparata magis ad eruditioné cōis q̄ ad finé horꝫ cōsequēdū: sed re uera ad id ꝑtinēt: & id tandē efficiūt. ¶ Vite cōis qm̄ mediū officiū cōe est oib⁹ in quo quisq; pōt uersari: ideo & cōe offm̄ dicit̄: in eo aūt in quo cōsistit finis solū sapiēs. Quáq̄ ꝑtinet

Prudētia iusticia officiis cōstant.

Sub eodē uirtutis generꝫ illá aliá ṗcellit q̄ cōitatem magis in actu concernit beneficio. Mediū officium cōmune est oib⁹.

ad finem quis in his mediis etiã cõsistat finis ille si respicere uolumus ad habitum uirtutis qui talibus paratur officiis:& p cõsequẽs finis bonoꝝ:sed qd in se hoc habeat hec officia nõ apparet i prudẽtib⁹ quib⁹ officia nõ ad id tradita uidẽtur:sed ad eruditionem cõem humane uite. Itaq; his exercẽdis habitũ uirtutis cõsequimur:unde in Ethicis dicit philosophus oẽs habitus ex opationib⁹ similib⁹ fiunt quapropter tales quasdã operationes reddere oportet ipsaꝝ nãq; differẽtias habit⁹ ipsi cõsequit̃:recte igit̃.dr̃ iustũ fieri agentẽ iusta & tẽperatẽ tẽperata.q uero hec nõ aget nunq̃ erit bonus. Idẽ dicit Plato in.iiii.de republi.his uerbis iusta agere iusticiã gignit in aĩo. Iniusta uero iusticiã.ut salubria sanitatem inducunt:in salubria morbũ.Signũ habituũ est(inquit Aristo.)ipsa uoluptas atq; dolor ℭ De quibus officiis mediis & omnibus de quibus precepta tradũtur. ℭ Alia diuisio ẽ officii: facit aliã diuisionẽ bonorũ est perfectũ officiũ:& qd ponit̃ in p̃ceptis est mediũ. Quoddã est officiũ. qd recte factũ appellatur & dicit̃ a grecis katortoma.i.rectum officiũ:perfectũ officiũ dicit̃ rectum & rerctum perfectum. Katortoma significat rectum officium siue rectam effectionem. ℭ Hoc idest officiũ medium appellant alio nomine commune:qm̃ omnibus cõuenit:perfectũ uero solis sapientibus. Officiũ dicunt Stoici id qd cum ratione sit de quo primus zeno stoicorum princeps scripsit qd dicebat esse actionem naturalibus apparentibus propriam : officia(inquit Diogenes) dicũtur ea que ratio facienda suaserit.ut parentes honorare:patriã tueri:amicos parare:illisq; adesse officium(inquit Donatus)dicitur quasi efficium:ab efficiẽdo quod unicuiq; persone conuenit grece dicitur caticon. Ita.n.zeno primus actionem studiosam appellauit. ℭ Atq; ea officia media perfecta. ℭ Ratio p̃babilis:qm̃ quicqd cum rõne sit officium uocatur a stoicis:& contra officium quicquid rationi repugnat.

t Riplex igitur est. Distinguit scd̃m membrũ quod prosequi uult:uidelicet officiũ mediũ qd in preceptis probabilius cõsistit ostendens scd̃m panetium triplicem esse consilii capiendi deliberatiõnẽ:scd̃m se aũt quintuplicẽ quaꝝ prima est. An honestũ sit factum an turpe. Secunda si hoc & illud honestum utrum sit honestius. Tertia an utile sit an inutile. Quarta si duo utilia utrum coꝝ utilius. Quinta si alterũ honestum alterum utile utrũ acceptabilius. ℭ Ordo est.deliberatio capiẽdi cõsilii.i.de capiendo consilio circa officium est ut uidetur Panetio triplex. Nã sup.qui deliberant dubitant an id quod in deliberationem cadit sit honestum factum.i.ut fiat: aut turpe. In quo cõsiderando.i.in cuius consideratione animi sup.cõsiderãtiũ uel deliberantiũ detrahantur.i.diuersim trahuntur sepe in contrarias sñias. Aũt pro sed disquirunt:tum.i.deinde aut cõsultãt deinde ad cõmoditatẽ q; pro & iocunditatẽ uite hoc est an sit cõmodũ & uoluptuosum:itẽ ad facultates rerum atq; copias ad opes.i.diuitias & ad potentiã quib⁹ ipsi possent iuuare & se suos sup.amicos & necessarios. An.s.id de quo deliberant conducunt.i.utile sic nec ne.i.an nõ que oĩs deliberatio uel qne deliberatio cadit oĩs.i.tota in rationem utilitatis hoc est an sit utile an inutile sicut precedens in rationem honestatis:an.s.sit honestum an inhonestum. Tertiũ genus dubitandi & p cõsequẽs deliberãdi est.cũ.i.qm̃ id qd uidetur utile uidetur pugnare.i.cõtendere de p̃stãtia & eligibilitate cũ honesto. Quoniã pro quia.quũ.i.qm̃ utilitas uidetur rapere ad sese.ita.s.q; sit utile & nõ honestũ & quũ.i.qm̃ honestatem contra idest econtrario uidetur reuocare idest quod iniqua ratum est per reuocationẽ appropriare ad se ita q; fit honestũ sed nõ utile fit.i.cõtigit sup.tunc ut animus distrahat̃.i.in diuersas sentẽtias trahatur deliberando & afferat ancipitẽ idest dubiã & periculosam curam cogitandi. Hec ex panetio que ut imperfecta reprehendit auctor di. Hac diuisione &c.sed Marsus aliter sentiet ut uidebis. Ordo est. Cum idest tãetsi pretermittere aliqd in diuidendo.i.dum diuisio fit sit maximum uitium tamen sup.duo sunt pretermissa sup.in hac diuisione. Nec pro & non etenim non solet deliberari idest deliberatio fieri solũ utrum sup.aliquid sit honestum aut turpe sed etiam propositis duobus honestis idest postq̃ duo honesta proposita sunt sup.solet deliberari utrum sup.illorum gallice. Lequel des deux sit honestus idest le plus honeste ou honorable:q; pro & item idest consimiliter duobus utilibus propositis sup.deliberari solet utrum sup.sit utilius ita idest hoc modo reperitur gallice on trouue. Est enim impersonale uerbum rationem qua ille Panetius:putauit esse triplicem:debere distribui in quinq; partes. Primũ igitur disserendum est de honesto:sed dupliciter:quia disquiritur primum an sit honestũ an inhonestum : Deinde si duo sint honesta utrum honestius:tum idest deinde disserendum pari idest consimili ratione de utili : an scilicet sit utile an inutile & utrum utilius duo sint & post:idest ultimo loco disserẽdum idest disquirendum est idest oportet disquirere de

Consilium cernit ut que peragatur honesta.

Prosint non obstent que meliore nitent.

ℭ Quia panetius cõsilium dixit in tribus circunspectionem habere utrũ uidelicet que agantur de genere honesti sint. Tum uero iocunditati ne & uite usui conducant:demum an quid ad inuicem honestum & utile discrepãt:duas adiecit. Cice.cõsiderationes habẽdas.s.duoꝝ honestorum quod honestius:duorũ:utilium qd utilius eligẽdum fore. Versus igitur expositio est cõsilium cernit prouidet ut que peraguntur honesta sint secundo prosint uite utilitati conferant. tertio non obstent considerat utrum honestum & utile inter se differant & cernit que nitent precellunt meliore in genere boni melioris ut in uim substantiui transeat in comparatiuis.

TRiplex igit̃ est:ut Panetio uidet̃ cõsilii capiendi deliberatio. Nã honestũ ne factum sit si an turpe dubitãt id qd in deliberationẽ cadit in quo cõsiderãdo sæpe animi in cõtrarias sñias distrahunt̃. Tũ aũt aut inquirũt aut cõsultãt ad uite cõmoditatem iocũditatẽq; ad facultates reꝝ atq; copias ad opes ad potẽtiã qbus & se possint iuuare & suos cõducat id necne de quo deliberã q̃ deliberatio oĩs in rõnẽ utilitatis cadit tertiũ dubitãdi genus est:cũ pugnare uidet̃ cũ honesto id qd uidet̃ utile. Tũ.n.utilitas ad se rapere honestas cõtra reuocare ad se uidet̃:fit ut distrahat̃ deliberãdo aĩus afferatq; ancipitẽ curã cogi-

Quod ad bonorũ fine p̃fectũ ptinet offiñ & qd ponitur in p̃ceptis medium dicitur.

Officia scd̃m zenonẽ & diogenẽ ASCE.

Ordo. Terẽtius dũ in dubio est animus paulo momento huc uel illuc impellitur. ERAS.

Tres loci deliberatiui honestũ utile adque referunt̃ & illa magnũ iucundũ sine periculo tertiũ addit fabi⁹ quẽ dinatũ possibile nomiat. ERAS.

P̃cipua diuisiõis uirt⁹ absoluta sit ERAS.

Cõparatio non modo ĩ oẽs partes sua sorte:sed ẽt in plerasq; iudiciale ĩ uidit generis.

Vtet & qs i hoc itet sese referre. Ois grã matico rũ scho la pfitet i quo al ter & ali us inter rogat.n. ut de du obus tñ quis aũt de pluri bus ue luti alter de duo b9 ponit ali9 uero de pluri bus. hic fit ut ue teres ac modet ni iur cõ sulti li bellũ in qsitoriũ i quo eẽt clausula alter alte ri auxili um & fa uoré pstiterũt nul lũ dixe rit si plu res duo b9 delin quẽtib9 inibi in ter inue neant. Hõestũ & utile cõ uertimur Rapere, raptores reuocat. Appeti t9 utile q̃ rit rõ ho nestum. Cicero nẽ taxat: Oia pec cata esse paria se cũdum stoicos. Cicero nẽ taxat.

comparatione eorum scilicet honesti & utilis hoc est si unum sit tantum honestum & alterũ sit tantum utile: utrum sit acceptabilius.



Triplex est igitur. Paneti9 quẽ Cicero imitatur triplicem putauit esse con silii capiẽdi deliberationẽ. Nã pri9 cõsultamus an sit honestũ de quo futura est deliberatio. inde: an sit utile demũ: an aliqua repugnãtia sit inter utile & honestũ. ℭ Deliberatio prius inquirimus: inde cõsulimus postea eligimus. Cõsultamus de rebus indeterminatis que possunt aliter se habere: & cõsultamus de his rebus agendis que in nostra sunt potestate.

tãdi. Hac diuisione cũ pterire aliqd maximũ uitiũ in diuidẽdo sit duo pretermissa sunt. Nec.n. solũ utrum honestũ an turpe sit deliberari solet sed ẽt duobus ppositis honestis utrũ honestius. Itẽq3 duobus ppositis utilibus utrũ utilius. Ita quã ille triplicem putauit esse rõnẽ in qnq3 partes distribui debere repeT. Primum est igitur de honesto sed dupliciter tum pari rationi de utili post de cõparatione eorum disserendũ.

paulopost dicit itaq ut facile est inuenire: qui quod sciat ipse tradat alteri: ita non solum ad dicendum propensi su

Vox aīalibus data: sermo homini. Eloquētia rerū domina.

mus: uerumetiam ad docendum. ¶ Neq nulla re longius: nulla alia res facit nos distare a bestiis longo quasi inter
uallo: quam ratio & oratio. i. intellectus & sermo qui brutis animalibus a natura denegatur a quibus humana so
cietas proficiscitur. De qua Aristoteles lib. i. de republi. sic loquitur. Sermonem uero homo habet solus. uox quidem
molesti atq iucundi significatio data est omnibus animantibus. His enim tantū tribuit natura: ut sensum habeāt
molestie ac uoluptatis: & hoc inter se significare possint. at sermo idcirco datus est nobis ut ostendamus utilitatem
& damnum: atq ita iustum & iniustum. hoc enim preter cetera animantia homini proprium est: ut boni mali & iu
sti ac iniusti sensum habeant. ¶ A natura ferarum ab ipsis feris. In libro de natura deorum ait. Iam uero domina
rerum: ut uos soletis dicere loquendi uis ꝗ est preclara: ꝗꝗ diuina que primum efficit: ut ea que ignoramus discere:
& ea que scimus alios docere possimus. Deinde hac hortamur hac persuademus: hac consolamur afflictos: hac de
ducimur per territos a timore: hac gestientes comprimimus: hac cupiditates iracundias que restringimus. hec nos
iuris legum urbium societate deuincit: hec a uita immani ac fera segregauit. Socra. dicebat. Animalia uincunt nos
uiribus uerum nos ea superamus eloquentia & ratione. Fortitudinem robur uires corporis: quoniam non est pro

Eloquētie uis. Equitas.

prie fortitudo ferarum. Equitatem: iusticiam. Equitas proprie est mitigatio iuris & legis & uirtutis que ex ratione
oriuntur que in homine diuinum quoddam dicendum est: in hoc a beluis distamus quod exponere sensu possu
mus. Horatius ait. Post effert animi motus interprete lingua. ¶ Bonitatem: idest que a iusticia procedit & equita
te. Sunt enim probat quare bruta non dicuntur habere iusticiam & bonitatem: qui non habent rationem ex qua

Nulla uirtus sine prudētia. Perniciosi hoīes tollendi.

ille oriuntur. Nam sine ratione & perfecta quidem ratione: idest prudentia: non est aliqua uirtus. libro. v. de fini
bus ait. Sunt autem bestie quedam in quibus inest aliquid simile uirtutis. ut in leonibus: in canibus: in equis:
in quibus non corporum solum: ut in suibus: sed etiam animorum aliqua ex parte motus quosdam uidemus:
in homine autem summa omnis animi est: & in animo rationis: ex qua uirtus est: que rationis absolutio defini
tur. Concludit igitur Cicero nihil aliud beluis deesse ad conseruandum inter se uinculum societatis ꝗ rationem
& orationem: que homini diuino animali merito attribute sunt: ut sancta uite societas atq esse munitas conser
uetur. Vnde hi qui & intellectu & sermone aliis nocere student tanꝗ lues ac feda contagio ex humana societate tol
lendi sunt quoniam donis nature (communis parentis) in aliorum perniciem abutuntur quo genere hominum
nihil posset fedius & detestabilius excogitari: & fere uerius quam homines dici possunt cum humane societati

Praui morte plectēdi.

aduersentur & noceant. Vnde Plato: in libro de legibus sic ait. Quos insatiabiles legislator esse senserit: ultimo
supplicio eos afficiet: non ignorans latius fore his qui insatiabiles sunt mori ꝗ uiuere: ac si uita priuantur dulciter
prodesse ceteris. nam hoꝝ exempla ceteri a peccato deterrentur: & improbis hominibus ciuitas ipsa mundat. ¶ Ac
latissime quidem patens. ¶ Hec est inquit humana societas que latissime patet ad omnis. Nam lege nature ab ho
mine cuicūq ille sit ea ratione qua habet intellectū & orationem alieni non sumus: & mundus est tanꝗ cōis ciuitas

sed nos naturã deprauauimus:qm̃ homini ab homine oĩa fere mala eueniunt.hec est quã descripsimus. Omnes inquit sumus socii uolente natura.& amici esse debemus:ergo omnia cõmunia.Sic uolebant Stoici quoꝝ princeps Zeno:qui etiã uxores cões esse debere dixit.Hoc idẽ dicebant Cynici:quoꝝ princeps fuit Diogenes & Plato in lib. de repub.qd peripatetici negabant:qm̃ ita negocia publica negligerentur & charitas atq3 officium in parẽtes Placet Stoicis (inquit Laertius) uxores quoq3 cõmunes esse oportere apud sapiẽtes:ut qlibet illi cõgrediatur:que sibi prior occurrerit:ut ait Zeno in sua repu.Diogene itidem Cynico & Platone huius cõmunitatis auctoritatibus. Omnes enim patrũ instar equa charitate diligemus tolleturq3 adulterii suspitio & zelotipia.eam uero rem esse optimã:que sit mixta & regno & populari dominatione optimarũq3 potentia atq3 optimis decretis. ¶ Societas:que rõne & oratione continetur. ¶ Latissime patens ad oẽs hoĩes se extendẽs. ¶ Oĩbus hoĩbus quicũq3 illi sint siue noti siue incogniti qm̃ ob idipsum q̄ hoĩes sunt uolente natura illis cõiungimur. ¶ In qua societate cõmuni. ¶ Omniũ rerũ nulis exceptis rebus que create sunt ad usum humanũ cõiter:ut aqua:ignis & similia.que natura producit ad cõmunẽ usum que possumus cum aliis cõmunicare sine aliquo detrimento. ¶ Ad cõmunem usum ut hoĩes cõmuniter his uterentur iure naturali (ut inquit Iustinianus lib.ii.institutionũ de rerum diuisione) & habetur etiã lib.ii.digestorũ cõmunia sunt omnia hec aer & aqua preflués & mare & per hoc littora maris.Littus maris est quatenus hybernus fluctus maximus excurrit. ¶ In quo diuini iuris est nullius hoĩs est debeamus etiã inquit hoc humane societati ut pmittamus ea possideri que cuiq3 cõceduntur a legibus & iure ciuili. ¶ Que sunt descripta legibus que leges pmitunt aliquẽ possidere:ut sua. ¶ Lex est ius scriptũ.Nã ius ciuile duas habet partes scriptũ & nõ scriptũ de quibus dictum est.Vt igitur Cicero ius scriptũ & nõ scriptũ exprimeret dixit legibus de iure ciuili qm̃ singuloꝝ hoĩum multis modis res fugiunt.quarũdam.n.dominiũ nascimur iure gẽtiũ:quarũdã iure ciuili. ¶ Descripta definita & assignata aliis. ¶ Ita teneantur possideant ut leges cõstituerũt.Ex quibus ipsis.i.cetera que.i.extra oĩa cõmunia sunt que non sunt cõstituta alicui & permissa a legibus:an iure ciuili sed sunt cõia. ¶ Cetera oĩa alia debent esse cõia que prosunt aliis & nobis cõcedere nõ nocet:& que nõ sunt descripta in bonis alicuius:ita legibus pmittentibus. ¶ Obseruent fiant & ita habeãtur. ¶ Omnia cõia.Pytagoras samius primus dixit amicoꝝ debere esse oĩa cõmunia qd Cicero sic interpretatur omnia.i.que sine detrimento aliis cõcedi possunt:& sic ostẽdit:nos ex reb⁹ quas possidemus (aut iure gentiũ aut iure ciuili) nõ debere hoĩbus ignotis aliqd nisi id qd potest ipsis permitti & cõcedi sine nostro detrimẽto ea que ad cõem usum natura produxit nemini phibenda sunt:quoniã sunt cõmunia oĩbus hominibus : ut aqua: ignis & ce.id genus.Omnia autẽ cõmunia interpretatur.Cice.que sunt cõmunia omniũ hominũ:nam alia ratio est amicoꝝ alia ceteroꝝ hominũ quippe ueri amici omnia cõmunia.habent tam priuata q̃ publica.Vnde Pytagoras uolebat ut eius discipuli omnibus suis rebus uterentur cõmuniter. ¶ Itaq3 inter eos nihil erat nisi cõmune.omniũ autem hoĩum nõ omnia cõmunia sunt:sed quedã de iure naturali ut dictũ est & uniuersitatis quedã sunt cõmunia. de quibus postea dicetur.Habent.n.hoĩes predia hereditates proprias & nõnulla alia:que legibus cõceduntur singulis a iure ciuili.Ea igitur que nostra sunt nõ debent esse cõmunia incognitus hoĩbus:tenemur tamẽ ex bonis priuatis officio liberalitatis benefacere his egent ita uolente natura oĩa:igitur cõmunia sunt hoĩum que aliis prosunt: & cõcedendi noñ nocent.Vnde lex est in digest.Quod tibi non nocet & alteri prodest dare debes.Plato.in.v.de legibus sic ait.Prima ciuitas est respu.leges qua optime ubiq3 (maxime per uniuersam ciuitatẽ) priscũ illud pũerbium locum habet quo fertur amicoꝝ oĩa esse cõmunia.Aristo.in.ix.ethi.sic ait eodẽ accedunt & pũerbia uniuersa & aĩa una & amicoꝝ oĩa sunt cõmunia & amicitia est equalitas. ¶ Que sunt eiusdẽ generis condictionis & nature. ¶ Ab Ennio poeta de quo supra.nã uersus iambici sunt ex tragedia Ennii hoc autẽ qd Ennius in tragedia posuit de una re põt ad alia multa trãsferri.Oĩa igitur que sunt eiusdem nature cuius est lumen (de quo dixit Ennius) debent esse cõmunia oĩum hominũ ad multa igitur transfertur hoc qd Ennius de una re dixit.i.de lumine. ¶ Transferri cõmutari in exemplũ. ¶ Per multas res.s. ¶ Homo qui erãt hic est uersus ennii. ¶ Errãti dubie uaganti & ignoranti uiam. ¶ De suo lumine lucerna siue candela. ¶ Vt nihilominus ut eque bene nulla ex parte munus. ¶ Ambrosius ait. Aquã de qua de qua profluit dare lumẽ de lumine accendere beniuolentiã in his oĩbus tanq̃ fons aque reficiens sitientẽ tanq̃ lumen qd etiã aliis luceat:nec illis desit qui de suo lumine aliis lumen accẽderint. Est aũt beniuolẽtia (inquit) cõiũcta liberalitati a qua ipsa liberalitas proficiscit. ¶ Qua ex re igitur ob ea que dixit Ennius. Satis precipit ipse ennius aut satis precipit ut alios codices habent. ¶ Cuiq3 uel idest etiam ignoto. ¶ Sine detrimento diminutiõe rerũ nostrarũ.Illa cõmunia uolente.s.natura. ¶ Aquã profluentẽ que fluit.i.ipsa flumina q̃ publica sunt iure gẽtiũ & etiã portus & riparum usus:iurisconsulti dicũt aquã profluentẽ quasi procul fluentẽ qm̃ si esset in fundo alicuius ut puteus aut piscina que nõ pflueret aliter dicendũ esset sed aqua pfluens de iure naturali cõmunis est.Fidele sine fraude. ¶ Deliberãti cõsultanti & indubitanti quid agat dum carpendi sunt illi qui alios in fraudem pelliciunt:& ambigentes precipitant & qui alios docere dedignãtur inhumane faciũt:quoniã ab ipsis auferri doctrina quã habent nõ potest & tali opera tradẽdis prudentie preceptis alioꝝ animos demereri possunt. Natura in primis incitamur:ut prodesse uelimus q̃ plurimis & maxime doctrina que non debet aliis inuidere bonũ immo letari cum quis ad perfectionẽ suam institui potest: unde bonos preceptores & eruditorum discipulorum frequẽtia gaudentes:nemo nos felices dixerit & illi uituperandi sunt qui pueroꝝ animos prauis moribus imbuunt.Et p deuia illos deducẽtes ingenii aciẽ omnino deprauãt:unde nõ p̄ceptores sed parricide appellãdi sunt qm̃ necant aĩam que ipso corpore longe prestãtior est.Nemo igitur decipiendus est sed bona fide agendũ:ut hoĩem bene a natura institutũ decet.hec omnia sunt de iure naturali siue gentiũ quo homo cũ ceteris hominibus cõmunicat.Ideo iureconsultus appellatur ius naturale secundariũ quoniã non cõpetit omnibus animalibus:sed hominibus tantũ quos natura cõgregauit inuicẽ & cõmendauit. ¶ Que hec que dicta sunt quoniã lex ita uult ut id demus qd aliis prodest & nobis nõ nocet. ¶ Quare igitur cõcludit.Cicero hãc partẽ. ¶ His supradictis:ut.s.cuiq3 uel ignoto demus ea que illis prosunt nobis aũt molesta non sunt. ¶ Et semp aliquid.q.d.non solũ pmittere debemus:ut alii his utantur que cõmunia sunt & nobis nullũ afferunt detrimentũ.sed tenemur aliqd ex bonis priuatis que nobis descripta sunt legibus & nostra dicuntur in cõem utilitatẽ afferre hec noĩa possessiua ut dicebant ius gentium introduxit. ¶ Sed qm̃

Secũdũ stoicos uxores apud sapientes debent esse communes.

Cõia iure naturali.

Litt⁹ maris.

Lex.

Oia aũt cõia Pytagoras sua discipulis pmittebat

Prouerbia.

Iambica

Beniuolentia in qbus cõstat.

Beniuolentia est cõiuncta liberalitati.

Boni p̄ceptores felices sunt.

Mali p̄ceptores patricide.

Ius naturale secũdarium.

circunscripsit. Cice. id quod dixit semper. s. esse aliquid afferendum ad cõmunem utilitatẽ dixitq; dandum esse pro facultatibus: ut nobis remaneat quo possumus esse liberales & in nostros qui nobis coniunctiores sunt quoniã ut dictũ est ea que nostra sunt: non debemus omnibus hominibus: sed quibusdã quos ipse ponet & gradus etiã societatis omnibus aũt debentur ea que cõmunia sunt. ¶ Vulgaris cõmunis: quia utimur ad omnis. Vnde dicit Teren. quod uulgo dici solet. i. cõmuniter & passim. Ad illũ Ennii finẽ debemus uti inquit liberalitate erga omnis qui sunt nobis coniuncti lege nature: sed adhibendus est modus ut liberales in nostros qui arctiore uinculo nobis coniũcti sunt eẽ possumus: aliter esset cõtra officiũ omnia alienis erogare & pati & sui esuriant quibus magis debetur q̃ illis. ¶ Nihilominus ut ipsi luceat. hic errat finis Ennii ut. s. eque bene luceat: & non fiat detrimentum danti. Ergo communis liberalitas eatenus debet progredi quatenus non noceat nimium rebus nostris ex quibus tenemur esse liberales in nostros. ¶ Vt facultas sit & remaneat in nobis possibilitas: qua simus erga nostros benefici.

Vulgaris

Non oĩs alienis largiẽda

ASCE.

g Radus autem. Quia propter exiguitatem nostram non omnibus benefacere possumus ostendit uarios esse gradus in societate humana ut pro eorum uarietate diuersimode impẽdamus. ¶ Ordo est autem pro sed: plures sunt gradus societatis hominum. Enim pro quia ut discedatur: idest ut nos ponamus discedendum esse ab illa infinitate qua dictum est omnibus debere prodesse quod tibi non obest propior: idest ualde coniuncta uel coniunctior q̃ in illa uniuersitate sup. societas est eiusdem gentis natiõis & lingue qua homines maxime coniunguntur. Autem pro sed. intercus. i. magis intrinsecum adhuc est esse eiusdẽ ciuitatis. Multa. n. sunt ciuibus communia inter se forum tam induciale q̃ uenialium rerum: fana. i. edes sacre: ut templa porticus: i. de ambulachra. i. loca in quibus cum esset cooperta ambulabaẽ tute a pluuia & estu solis uie leges: iura: iudicia: suffragia. i. uota uel uoces ad magistratus eligendos. Preterea. i. insuper consuetudines & familiaritates & multe res. idest multa negocia & multe rationes. i. multa cõmertia contracte cũ multis. Vero pro sed: colligatio societatis propinquorum. i. que est inter propinquos. i. affines & consanguineos est arctior. i. adhuc strictior & connexior. Enim pro quia concluditur. i. conclusio & coertio fit ab illa immensa societate humani generis: que est cum toto genere humano in exiguum & angustum. i. deuenitur ad arctam collationem exiguorum. i. ualde paucorum. Nam cum hoc sit cõmune nature animantium. i. animaliũ ut habeat libidinem. i. appetitum lubricũ procreandi. i. producendi sui simile prima. i. principalis & arctissima societas est in ipso coniugio. i. cum coniũge proxima est in liberis. i. ꝓle legitima. Deinde sup. constituit una domus & omnia sunt sup. communia. alii textus non habent. Deinde una sed solũmodo domus ut sit omnia domus. i. que sunt in una domo sunt cõmunia. Autem pro sed id habere cõmunitatem in una familia est principium urbis. i. ciuitatis & seminarium rei pub. i. unde semina & crescit respublica. Coniunctiones fratrum. i. que debent esse inter fratres sequuntur sup. coniunctiones coniugum inter se & cum liberis post. i. deinde: hoc est de post coniunctiones consobrinorũ. i. natorum ex duabus sororibus & sobrinorum. i. ex sobrinis natorum que cum nõ possint iam capi. i. recipi propter multitudinẽ. una. i. ab una domo exeunt. i. migrant in alias domos quasi in colonias. i. quomodo romani quondam loco

Ordo.

Prima societas.

Pricipiũ urbis.

Secũda societas.

Tertia societas.

Senis est gradibus hominum coniunctio scissa.

Quos preferre decet te caput hoc doceat.

¶ Sex ostendit amicitie esse & societatis inter homines gradus docens quibus quantũq; officii sit tribuendum.

GRadus autem plures sunt societatis hominũ ut enim ab illa discedatur infinitate propior est eiusdẽ gentis natiõis lingue qua maxime homines coniunguntur. Inter ius etiã est eiusdem eẽ ciuitatis. Multa enim sunt ciuibus inter se cõmunia: forum: fama: porticus uie leges iura: iudicia: suffragia consuetudines preterea & familiaritates: multeq; cũ multis res: rationesq; contracte. Arctio uero colligatio est societatis propinquorum ab illa enim immensa societate humani generis in exiguum angustumq; concluditur. Nã cũ sit hoc natura cõmune animantiũ ut habeãt libidinẽ procreãdi propria societas in ipso est coniugio ꝓxima in liberis: deinde una domus omnia cõmunia. Id autem est principiũ urbis. & quasi seminarum reip. Sequuntur fratrum cõiunctiones post consobrinorum sobrinorũq; qui cũ una domo iam capi nõ possint in alia domo: quasi in colũnas exeunt. Sequuntur connubia & affinitates ex quibus etiã plure propinqui. Que propagatio & soboles origo est rerum publicarũ sanguinis aũt cõiunctio & beniuolentia deuincit charitate homines magnũ est enim eadem habere monumẽta maiorũ iisdẽ uti sacris sepulchra habere communia. Sed omniũ societatum nulla prestãtior ẽ nulla firmior q̃ cũ uiri bõi moribus similes sunt familiaritate coniuncti. Illud. n. honestũ (qđ sepe diximus) etiam si in alio cernimus tamẽ nos mouet atq; illi in quo inesse uideẽ amicos facit. Et q̃q̃ oĩs uirtus nos ad se allicit facitq; ut eos diligamus ĩ quibus ipsi inesse uideaẽ tñ iusticia & liberalitas id maxĩe efficit. Nihil aũt amabilius nec copulatius: q̃ morũ siĩitudo bonorũ. In q̃bus. n. eadẽ studia sunt eadẽ uolũtates: in his fit ut eque quisq; altero delecteẽ ac seipso. Effi-

citurq; id qđ pythagoras uult in amicitia: ut unus fiat ex pluribus. Magna etiā illa cōitas est que cōficit' es beneficiis ultro & circo datis acceptisq;. Q ue mutua & grata dū sunt inter quos ea sunt firma deuinciunt' societate. Sed cū oia ratione animoq; lustraueris oim societatū nulla est gratior: nulla clarior: q̄ ea que cū re pu. ē unicuiq; nostrū. Chari sunt parētes: chari liberi ꝑpinqui familiares: sed oēs omniū charitates patria una cōplexa est ꝑ qua qs bonus dubitet mortē oppetere si ei sit ꝓfuturus. Q uo ē detestabilior istorū imanitas q̄ lacerarūt omni scelere patriā & in ea funditus delēda occupati & sunt & fuerūt. Sed si cōtentio quedā & comparatio fiet quibus plurimum tribuendū sit officii principes sint patria & parētes quorū beneficii maxīe obligati sumus: proximi liberi totaq; domus q̄ spectat in nos solos neq; aliud ullū pōt habere profugiū Deinceps bene cōuenietes propinqui qbus cōis plerūq; fortuna est q̄obrē necessaria ꝑsidia uite debētur his maxime quos āte dixi. Vita autē uictusq; cōis cōsilia sermones cohortationes cōsolationes interdū etiā obiurgatiōes in amicis uigēt maxime. Estq; ea iocundissima amicitia quā similitudo morū coniugauit.

deuicta & uastata ut colantur & romano imperio obediant mittebant colonos natos & fidos a quibus colonie dicebantur. Connubia que cōtrahuntur cum extraneis & affinitates sequuntur ex quib⁹ etiā sup. nascuntur plures propinqui. Que propagatio & que soboles est origo rerum publicarum Autem pro sed. Cōiunctio sanguinis & beniuolētia sanguinis. i. est iter cōsanguineos deuincit. i. colligat & cōnectit charitate. i. quodā castro & sancto amore hoīes. Eīn pro quia magnū est habere eadē monumēta. i. sepulchra maiorum quod apud antiquos seruabatur obnixe: & uti iisdem sacris. i. sacramentis habere sepulchra communia. Sed omnium societatum est prestabilior: hoc est melior uel preastatior nulla est etiam firmior q̄ sup. cum. i. quando uiri boni & similes moribus. i. in moribus sunt coniuncti familiaritate Enim pro quia: illud honestum. i. uirtus decora quod sepe diximus. i. ostensum est ex eo omne officium proficisci: etiam cernimus in alio tamen mouet idest afficit nos atq; facit nos sup. amicos illi in quo id. s. honestum uidetur inesse. Et q̄q̄ omnis uirtus allicit nos ad esse: & facit ut nos diligam⁹ eos in quibus ipsa. s. uirtus uideatur inesse tātum iusticia que ledimus neminem & suum cuiq; damus: & liberalitas qua etiam nostra decenter damus efficit id maxime ut. s. diligamus eē in quo sit. Autem pro sed nihil suppl e est amabilius nec copulatius. i. magis astrictū & cōiunctum. & per hoc difficilius ad dissoluendū quā similitudo bonorum morum. Enim pro quia fit. i. efficitur & contingit ut in iis in quibus sint eadem studia. i. exercitia studiosa & eedē uoluntates quisq; delectetur eque. i. equaliter altero. i. sicut seipso: q; pro & id quod Pythagoras uult in amicitia efficitur: ut. s. unus fiat ex pluribus. i. saltem ex duobus: quia in quibus est unum uelle & unū nolle: uidetur unus animus: & si unus animus unus homo. Illa etiam cōmunitas que conficitur ex beneficiis datis ultro. i. ab eo qui primum confert: & acceptis citro. i. ab eo qui refert est magna. Quæ supple beneficia: dum sunt mutuo. i. mutuo collata: & grata. i. placita & utilia: tunc supple ii inter quos deuincuntur. i. conglutinantur societate firma. Sed cum. i. postq̄ tu lustraueris. i. rimatus fueris & inspexeris omnia ratione & animo. i. affectione. nulla omniū societas est gratior: nulla charior q̄ ea que est unicuiq; nostrum cum republica. Parentes sunt chari: liberi sunt chari: propinqui supple sunt chari: familiares supple sunt chari: sed una. i. sola patria est complexa. i. continet in se omnes charitates omnium. Pro qua supple patria quis bonus dubitet oppetere. i. obedire uel subire mortem: s. si sit profuturus ei. s. patrie. q. d. nullus. Oppetere mortem est petēdo terram mordicus: hoc est ipsis dentibus mori. Nam milites animosi ne cadentes turpem sonum emittant terram enim mordebant. Vnde Virg. Et humū semel ore momordit Hinc idem dixit. i. enei. O terq; quaterq; beati. Quis ante ora patrū troie sub menibus altis. Contigit oppetere. Quo. i. pro quo immanitas. i. seua impietas istorum. s. ullium hominum est detestabilior. i. magis detestabilis: qui lacerarunt patriam omni scelere: & sunt & fuerunt occupati in ea delenda. i. in eius delectatione funditus. i. a fundo euertendo. Sicut autem a fundamento iacenda faciebant sulcum aratio: ita post euersionem immittebant aratrū: loqui autem uidetur de Octauio Antonio & Lepido triumuiris. Sed si fiat contentio & comparatio supple meritorum & dignitatum: quibus si plurimum officii tribuendum: princeps sint & patria parentes quorum beneficiis nos sumus obligati maxime. i. quibus proxime obligati sumus sunt liberi. Et tota domus que spectat in nos solos neq; potest habere ullum aliud profugium q̄ ad nos. Deinceps. i. post liberos & domum nostram sunt propinqui. i. consanguinei & affines quibus fortuna est plerūq;. i. plurimum cōmunis. Quāobrem qua de causa presidia. i. sustentamenta necessaria uite debentur: maxime his quos dixi ante. s. parentibus liberis familie propinquis autem pro sed uita cōmunis & uictus cōmunis & consilia & sermones. i. collocutiones: cohortationes: consolationes: & obiurgationes. i. castigationes: interdum. s. quando aliquid inciderit castigatione dignum uigent maxime in amicis: q; pro & ea amicitia est iocundissima quam similitudo morum coniugauit. i. consiliauit & consolidauit.

GRadus autem. posita cōmuni hominum societate: pone gradus ipsius: quib⁹ declarat ipsam societatem in aliquibus arctiorē esse ut etiā ostendatur quid cuiq; debeamus: & qui quibus in liberalitate exercenda proponendi sint. Gradus per quos ipsa societas ascendit descenditq;. Vnde fit ut alii sint nobis coniunctiores aliis. Ab illa infinitate. i. omissa illa consocietate: qua homines coniunguntur uinculo rationis & orationis. Hec enim est societas cōmunis omnibus. Duas respu. (inquit Sene.) animo complectamus. Alteram magnam & uere publicam qua dii atq; homines continentur in qua non ad hunc angulum respicimus aut illum: sed terminos ciuitatis nostre cum sole metimur: alteram cui non scripsit conditio nascendi. ¶ Infinitate Nā illa societas

Origo rerū publicarū. Quarta societas Affinitates ex cōiugiis. Quinta societas. Ma. est. en. Que gētib⁹ inter ipsos, cōia sacra peculiaria. Sepulchra amicitia uirtute consiliata. Oppetere mortē idem qđ ultro mori. Cōuenientes ꝑ concordibus. Quid sāguie cōiunctis: qđ amicis potissimū debeamus Sexta societas. Nihil amabiliū uirtute. Ordo in officii exhibitiōe seruād⁹. Oppetere. Humū ore mordere. Marsus. Gradus coniunctionis. Infinitas.

se infinitũ excedit.sunt.n.oẽs homines socii ratione intellectus & sermonis.Infinitas est quantitas que caret extre
mis.Naturalis igitur societas hec est:sed postea iuregentium facti sunt gradus.Ex ipso enim bella introducta sunt
discrete gentes:regna cõdita:dominia distincta agris termini positi:edificia collata connubia etiá que partim sunt
de iure diuino q̃tũ ad intentionem:partim de iure naturali quantum ad copulá:partim de iuregentium & ciuili
q̃tum ad uerba & formulá quibus matrimonia cõtrahuntur. ¶ Propior hic est primus gradus propior cõiunctior
societas eoꝝ qui sunt eiusdẽ gentis:aut extere aut nostratis.Gens potest habere plures nationes:ná gens itala ha
bet hetruscos:umbros:picenos:marsos:& reliquos que sunt nationes itale gentis:& sic de similibus.ideo dicit gen
tis & nationis.Gens est tanq̃ genus:natio uero tanq̃ species. ¶ Lingue. plus enim debemus illi qui eadem lingua
utitur.i.eodem genere sermonis:ut greci inter se posset esse societatis.Ideo dixit supra societas uinculũ esse oratio
nẽ.Nullũ cõmerciũ potest esse cũ hoibus:qui dispari lingua utũtur.nisi habeant interpretẽ. ¶ Interius.magis intrin
secũ & coniunctior societas. ¶ Hic est alius gradus.Multa enim.probat quare est inter ciues coniunctior societas.
¶ Quoniá ut trahetur lib.i.dige.Et repetiit iustinianus lib.ii.institutionum.Vniuersitatis sunt non singulorũ que
in ciuitate sunt:ut teatra:stadia:& similia.si qua sunt alia cõia ciuitatũ. ¶ Forũ dicitur a ferendo.(Varro)quo confe
runt suas cõtrouersias & que uendere uellent quoq; ferrent forũ appellauerunt.Inde dicitur forum iudiciale & ue
nale.Fora igitur cõia sunt ipsis ciuibus.Homines(inquit Cyrus apud Xenophõte)alienigene preferendi sunt. Et
qui una sunt aliti his qui non sunt contubernales.Aristo.sic ait inter ciues plurimũ est amicitie: cõplura enim his
sunt cõia cũ sint pares.Fana tẽpla dicta a fauno rege ab originũ q̃m ipse primus ea instituit.Sacrũ est(ut ait Treba.
li.i.de religionibus)quicquid est quod deorũ habet.Prophanũ dicitur quasi ꝓcul a fano & religione secretũ Pro
phanũ(inquit Treba.)dicitur quod ex religioso.uel sacro in hoim usum proprietatẽq; cõuersum est. Sctũs dicitur
incorruptus:inde sancte leges.Delubrũ est(inquit Varro)in quo preter edẽ sit area assumpta deũ causa & etiá locus
in quo dei simulachrũ dedicatum est.Sicut locũ in quo figerant candelá cádelabrũ appellatũ:ita in quo deum pone
rent nominatũ delubrum sacre res dicuntur(ut habetur lib.i.dige.)que publico consensu cõsecrate sunt & nullius
hoĩs habentur:q̃m id quod diuini iuris est.nullius hominis est(inquit Iustinianus)& si quis auctoritate sua sacrum
non est.sed prophanũ.Res religiose sunt etiá alicuius hoĩs:sacre uero minime.Porticus que quondá erigebátur ad
inambulationes & umbrá:sub quibus uehebantur nobiles porticus celebriores.Rome fuerunt corinthia ad circũ
flaminũ erecta a Gneo Octauio dicta corinthia.propterea es corinthũ quod erat in colũnis dicebatur etiá porticus
persei:quoniá Gne.Octauius ex bello nauali cõtra perseũ triumphũ retulit in qua porticu erat tabula picta habens
lacedemonẽ & eurotá fluuium.Vnde ignaui illic desidentes dicebantur sedere ad eurotá.Vnde postea receptũ est:
ut sedere ad eurotá:esse nihil agere.Basilica portica:porticus claudia porticus catuli:quá catulus erexit de manibus
cymbricis ubi fuerat domus Flacci:qui greco fuerat & alie per multe ad ciuiũ delicias & deambulationes. ¶ Vie pu
blice.s.iter ut uolunt iurisconsulti:est ius eundi ambulandi ue hoĩs:non autẽ iumentum agendi uel uehiculũ.Actus
est ius eundi ambulandi:iumentum etiá uel uehiculum agendi.Itaq; qui iter habet:actũ non habet:qui actum ha
bet & iter habet eoq; uti potest etiá sine iumento.ADDITIO. ¶ Vie.que plurime sunt in ciuitatibus Vlpianus.ff.
lib.viii.de seruitutibus prediorũ rusticorum uia inquit ius est eundi & agendi & ambulandi:nam iter & actum in se
uia continet:uie latitudo ex lege.xii.tabularũ in porrectũ octo pedes habet in aufractũ.i.flectitur ex sexdecim leges
que uarie sunt & cõmunes oĩbus inter se ciuibus. ¶ Via est ius eundi & agendi & ambulandi.nam & iter est actũ in
se uia continet. ¶ Leges sunt aut principis:ant liberi populi:que a rege conducuntur alterius consensum nõ reqrũt.
¶ Iura sunt magis generalia.Est enim & ius gentiũ & ius ciuile.ADDITIO.Inducia:que legibus construuntur.
Et aut de rebus priuatorũ sunt aut de his que ad rempu.spectant.Qui iudices cõstitui inter priuatos a quibus dari
debeant.ff.lib.x.discimus.titu.de iudiciis:sed publica ceteris.iudicii nihil simile habent:publica aũt dicta sunt ꝙ cui
uis populo exercitio eorum plerũq; dabatur.Eorũ autem quedá capitalia erant:quedá non capitalia.Capitalia ul
timo supplicio afficiebant:uel aque & ignis interdictione uel deportatione uel metallo.Cetera si quá infamiá irro
gabant cum dãno pecuniario hec publica quidẽ erunt non tamen capitalia & erant publica iudicia.Lex iulia maie
statis.l.iulia de adulteriis cohercendis.l.cornelia de siccariis.l.pompeia de falsis.l.iulia de ui publica.l.iulia pecula
tus:& de ambitu repetundaꝝ:de annona de residuis:quarũ alie uite amissione:alie alias irrogabant penas:sed gra
uissimas fuerunt Rome iudicia uniuerso populo cõmunia que centũ uiralia a centũ uiris sunt dicta.nam cũ essent
Rome.xxx.&.x.tribus que curie sunt dicte:terni ex singulis tribubus sunt elacti ad iudicandũ qui centum iuri appel
lati sunt.Et licet quinq; amplius q̃ centum uiri essent:tamen quo facilius nominarẽtur centum uiri superdicti actor
pompeius. ¶ Suffragia:q̃m ciues conueniunt ad danda suffragia ut creentur magistratus.Suffragia sunt uoces que
dantur in comitiis:in tabellaq; scribuntur.Inde lex tabellaria nata est.quibus uocibus & suffragiis quisq; aĩum suũ
aperit de aliquo eligẽdo in magistratũ.ut nunc etiá fit in liberis ciuitatib⁹:peregrini autẽ inire suffragia nõ possunt
nisi ciuitate donentur:ut apud Romam quondá fiebat. ¶ Consuetudines:cõuersationes(ut ita dicam)quoniá con
suetudo melius dicitur q̃ conuersatio.Sene.tum hoc uocabulo utitur dicens sumuntur a conuersationibus mores
& in aliis locis. ¶ Familiaritates.amicitie:familiaris est qui assidue nobiscũ uiuit quasi sit de eadẽ familia:& dicitur
amicus & is cũ quo est nobis consuetudo.unde Cice.quia delectabatur electione Terentiana appellat Teren.fami
liarem suũ. ¶ Res rationesq; contracte.Rationes cõtrahunt:si quando in creditũ uel in debitum itur.ut in mutuo.
mutui obligatio cõsistit in his rebus que pondere mensura ue constant:ueluti uino:oleo:frumento:pecunia nume
rata:ere:argento:auro:que omnia non damus ut accipientiũ fiant:& quandoq; non eadẽ:sed alia eiusdem nature
& qualitatis reddantur.Vnde & mutuũ appellatur:quia a me ita tibi datur ut ex meo tuũ fiat. ¶ Contrahuntur.etiá
cõmodato cõmodata res tunc proprie intelligitur si nulla mercede accepta uel cõstituta utenda res tibi data est.Ná
cõmodatum debet esse gratuitũ.Contrahuntur cõducto locato empto:uendito:permutato:sociato: collocato:do
nato:& similibus cõtractibus secundũ iuris regulas constituti. ¶ Vnde rationariũ antiqui appellabant librũ reddi
tus & impensarũ prepositisq; rationibus serui cõtrahendis negociis:prefectiq; dicebantur.Differt res a ratione con
tracta id qđ genus a specie.Rem contractá dicimus:ut matrimoniũ:ut est societas.Ratio cõtracta est qđ sup pactũ:

Mrimonia de omni iure sunt. Primus gradus societatis. Propior Gẽs nationes plures potest habere. Secũdus gradus. Forũ iudiciale. Veniale Fanum. Sacrum. prophanum. Sáctus. Delubrũ Socrates Cádelabrũ res religio. Porticus corithia. Porticus persei. Sedere ad eurotam. Iter. Actus. Via differunt. Publica iudiciis que sunt Suffragia. Lex tabellaria. Consuetudo. Terẽti⁹. Cice. familiaris. Rõnes contrahere. Familiaris.i.amicus. Mutui obligatio. Mutuũ. Cõmodata res,

matrimonio uel huiusmodi cõtractib9 fit & ideo minori licet appellatione rei cõtracte & pactũ & cetera que insunt rationibus contineant':de hoc habet' in lib.dige.de creditis.l.pia.Cõtrahere est ultro citroq; se obligare. Vnde res contracte dicuntur stipulationibus & a stipulationibus obligare:& contractus sunt de iuregentiũ & obligationes exceptis quibusdã.que a iure ciuili introducte sunt. Inter ipsos ciues multi sunt contractus & obligationes debita que apud antiquos noia dicebãtur. Vnde his multis noia habere dicebat' qui multis debebat & erat oberatus : de hoc dicet' in .iii.li. ℭ Arctior uero astrictior hoc est alius grad9 q est de necessitudine. Propinquior eoꝝ qui sunt nobis ppinqui. ℭ Ab illa.n.pbat quare est arctior:colligatio. Nã societas illa que est cõmunis inter omnes homines descendendo p gradus cõstringit' in locũ angustũ:nã cõcluditur inter propinquos & affines. Immẽsa infinita de qua dictũ est. ℭ Cõcluditur cõstringitur. Nã cũ ratio quare in angustũ cõcluditur. ℭ Libidinẽ pcreandi.nã oĩe aĩal appetit duce natura creare sibi simile in specie. Aristo.sic ait. Hõ natura cõiũgibilis est magis q̃ ciuilis q̃to prius & necessariũ magis est domus q̃ ciuitas & pcreatio cõior:aĩalibus atq; ceteroꝝ animaliũ quidẽ: hic qdẽ est terminus homines aũt cõiungũtur nõ solũ pcreatiõis gr̃a:sed eoꝝ etiã q̃ ad ipsam cõferũt uitã officia nãq; sunt diuisa. ℭ Cõiugio matrimonio quoniã ducitur uxor ut filii procreẽtur:aliter ciuitati durare nõ posset. Cõiugiũ dicitur cõiũctio uiri & uxoris. ℭ Proxima seq̃ẽs cõiũctio. Omnia cõia.ut omnia inter ipsos indiuisa sint. Id aũt uir uxor filii dom9 omnia cõia sunt fundamentũ ciuitatis & reipu.quoniã ciuitas(ut finit Aristo.)est multitudo domoꝝ agroꝝ & pecuniis p dignitate abũdans ab bene uiuẽdũ. Vnde domus cũ sit pars ciuitatis est quasi seminariũ reipu . & constitui debet ab uno quoq; ut fiat urbis. Cice . in oratione pro sesto tribuno plebis uulnerato a Claudianis ait . Qui igitur primi uirtute cõsilio prestanti extiterunt:hi perfecto genere humane docilitatis atq; ingenii dissipatos unũ in locũ congregauerunt eosq; ex feritate illa ad iusticiã atq; mansuetudinẽ transtulerunt. tum res cõem utilitatem quas publicas appellamus:tũ conuenticula hoium qui postea ciuitates noiarunt:tũ domicilia cõiuncta quas urbes dicimus inuento diuino & humano iure menibus ceperũt. Ciuitas igitur cõgregatio ciuiũ est & urbs domoꝝ multiplicatio. Et quasi seminariũ. Seminariũ dicit' ex quo oĩa nascũtur maiore numero & quasi seminariũ dixit:q̃m non pprie dicit' in hac re seminariũ de quo cõstituendo Columella & Pli.lib.xvii. Ex seminario trãsferunt' plante in aliã terrã.nã semẽ effodit' in seminario & plãtule illic enate trãsferunt' & multiplicantur ad usum humanũ:sic ex sobole multiplicata cõstituit' ciuitas & respu.q̃ ut finit scripto apud Cice.lib.iii.ubi de repu.est res populi.populũ aũt non oẽm cetũ multitudinis:sed cetũ iuris cõsensu & utilitatis cõione sociatũ esse determinat. Coniugiũ igit' & ppagatio sobolis est quasi seminariũ reip.qa hoc modo fit. Vnde homo uere politicus uxorẽ ducere debet:& filios pcreare ut sint auxilio reip.& post mortẽ relinquat q suo loco patriã tueatur. Vnde illi q cõsiscunt sibi mortẽ:iniuriã reip.faciũt & uituperãdi sunt forte.n.p ipsos posset aliqñ patria recuperare libertatẽ si esset amissa:ut de Catone dici põt q se utice interemit cũ detrimẽto patrie sue:quã ruentẽ cernebat lib.iii.de finibus ait. Cũ aũt ad tuẽdos cõseruãdosq; hoies hoiem natũ esse uideamus:cõsentaneũ est huic nature ut sapiens uenit gerere.& administrare rẽpu.atq; ut e natura uiuat uxorẽ adiungere:uelleq; ex ea liberos pcreat:nec amores qdẽ sanctos a sapiẽte alienos esse arbitrant'. Nã si oẽs celibem uitam agerẽt respu.deficeret:qd timẽs Romulus urbis cõditor:uir certe prudẽtissimus rapuit uirgines:cũ a finitimis cõiugia denegarẽtur ne primordia tãte urbis auspicatio cõdite deficerẽt hoium(quos tũc habebat)etate cõsumptio. Vir igit' bonus & patrie studiosus filios pcreare & bonis moribus instruere debet ut digni patria adolescãt & illi possint adesse si aliqñ aliqua calamitate laborauerint. Sequunt' ex una domo.s.ita cõstituta:& sic declarat qũo coniugiũ est quasi seminariũ. ℭ Fratrũ.frater.(inquit Nigidius)est q̃si fere alter. ℭ Soror(inquit labeo) dicta est qd quasi seorsum nascit'.separaturq; ab ea domo in qua nata est & in aliã familiã trãsfert'. Arist.in.viii.ethi. sic ait. Grauius est sodali q̃ ciui pecuniã auferre:& fratri q̃ alienigene opẽ nõ ferre:& patrẽ q̃ quẽuis aliũ pulsare crescit aũt & iustũ cũ amicitia simul quippe est cũ sint in eisdẽ & eque sese extẽdũt cũ sanguinea amicitia multiplex est pudet aũt oĩs ex paterna. Parẽtes.n.diligũt natos ut aliqd sui nati uero parẽtes ut aliqd ex illis. Consobrini dicuntur nati ex duabus sororib9. Sobrini dicunt' filii cõsobrinoꝝ:consobrini dicti sunt q̃si cõsororini. Patrueles dicunt' nati ex duobus fratrib9. Qui ex fratre & sorore pgenerãtur amitiui dicũtur. ℭ Capi.cõtineri. ℭ Quasi in colonias:q̃m cũ urbis multitudinẽ capere non posset noua deducebat' colonia. ℭ Affinitates ppinqui uxoris:& affinitates cõsiliant' cõiugio. Ideo dixit ex quibus affinitatibus plures ppinqui. Que ppagatio:dilatio:filioꝝ filiarũq;:Loquit' per trãslatione:nã ppagatio dicit' in arboribus & uitibus cũ.s.fiunt ppagines & ex una due tres quattuor ue uites & arbustule sobolescũt & pullulãt. ℭ Et soboles filii filie ue:ut sunt arbuscule q̃ ppagatione oriunt'. ℭ Origo principiũ & seminariũ. ℭ Sanguinis cõiunctio ipsi cõsanguinei sunt iter se deuincti beniuolẽtia & charitate. Charitas est intimus amor. Charitas etiã dicit' penuria annone. Vnde dicit Pli.in epistolis accessit agris meis charitas. Amor est amicitie modus:ut ait Chrisippus in lib.de amore. Magnũ est.n.ratio quare sanguinis cõiũctio deuincit charitatẽ homines. ℭ Monumẽta statuas titulos:& cetera stemata ut familie ille nobilissime priscoꝝ romanoꝝ que maioꝝ suoꝝ titulis gaudebãt. Monumẽta dicunt' statue lib.i.tituli sepulchra:ceteraq; q̃ nos alicuius rei preterite moueãt cũ apud romanos aliquis de familia efferebãtur in pompa funeris.oẽs maiorũ imagines pferebantur.quas in armariis asseruabant:& statue in atriis locate erãt ut iuuenes maiorum suoꝝ uirtutẽ ante oculos semp haberent:a qua degenerare turpissimũ est. ℭ Eisdẽ sacris nam ciues habebãt quedã sacra peculiaria:ut fabioꝝ familia.claudioꝝ:emilioꝝ: corneliorũ:& sic de similibus:atq; nõ accedebant nisi gẽtiles. Vnde Fabius maxim9 cũ esset dictator & pugnaret cõtra Hãnibalẽ dimisso exercitu. Minutio magistro equitũ romã rediit sacroꝝ causa:q̃ fabioꝝ peculiaria erãt. Et cum capitoliũ obsideret' a gallis unus ex fabiis egressus est sacroꝝ causa. ℭ Sepulchra cõia dicuntur in que plures possunt inferre mortuos suos. In cõe aũt sepulchrũ(inquit Martinianus lib.i.dige.)in qd etiam inuitas ceteris licet mortuũ inferre sed in alienũ concedente domino licet inferre.& lib.xi. Gaius ait. Monumẽtum est qd memorie seruãde gratia existat. Familiaria sepulchra dicunt' que quis sibi familieq; sue cõstituit. Hereditaria aũt que quis sibi heredibusq; suis cõstituit:uel que paterfamilias iure hereditario acquisiuit. Sepulchrũ est(inquit Vulpianus)ubi corpus mortui ossa ue hois cõdita sunt. ℭ Sed oium societatũ:hic est alius grad9 societatis:q̃ dicit esse ceteris prestantiorẽ. ℭ Nulla ex oibus societatibus. ℭ Prestantior:excellẽtior q̃m que super honesto fundatur & uirtute & nõ sup turpe aut utile:

Rationarium. Ratio cõtracta. Multa noia habere tertius gradus. Cõiugiũ Ciuitas. Domus Cõiũgibilis est hõ natura. Ciuitas. Vrbs. Popul9. Seminarium. Homo politic9 uxorem ducere debet. Sibiipsi mortem cõsiscẽs iniuriat' reipu. Romul9 uirgines rapuit. Frater. Soror. ɔsobrini. Patrueles. Amitiui Charitas Caritas. Monumentũ. Sacra peculiaria familie. Sepulchra cõmunia. Sepulchra familiaria Martianus. hẽditaria Sepulchrum. Quart9 gradus. Amicitiã firmã uirt9 cõciliat.

46

& ideo ceteris. Firmior.i.stabilior:qm̄ amicitia que est ꝓpter aliquē uoluptatē aut utilitatē nō est firma: sed remota
causa remouet̄ effectus. Illa solum durat:quā uirtus conciliat. Philosophus sic ait. Bonoꝝ amicitiaq; similiū uirtu
te ꝑfecta est amicitia:& ideo rara:qm̄ pauci tales sunt permanet horū amicitia q̄diu sunt boni:at uirtus res ꝑmanēs
Hōestū. est. ¶ Familiaritate. amicitie. cōsuetudine . Illud enim ꝓbatio est. ¶ Honestū ipsa uirtus & quicqd ab ipsa ꝓficiscit̄.
honestū dicūt eē stoici qd̄ possessores sui nobiles facit. ¶ In alio alieno hoīe nec nobis familiaritate coniūcto . Tū
q̄uis in alio cernamus nos mouet allicitq; ut eū diligamus in quo id honestū esse uidet̄. In lelio ait. Nihil est enim
amabilius uirtute. Nihil qd̄ magis alliciat ad dilígēdū qppe cū ꝓpter uirtutē & ꝓbitatē eos etiā quos nunq̄ uidimꝰ
quodāmodo diligamus. Plutarchus scribit in uita periclis. Virtus hmōi est ut statim rebus gestis ita efficiat hoīes:
Virtutis ut non modo admittātur opera ueꝝ in autore quoq; summo studio ac desiderio incendant̄. Honestas enim ad se
uis. allicit atq; agendū statim impellit̄:nec imitatōe ipsa spectatore probū:sed ipso ope cōspecto efficit̄: ut anteponēda
Hone ceteris iudicetur. ¶ Et q̄q̄ omnis uirtus pōit eas uirtutes que maxime illiciūt homines. qm̄ iusticia & liberalitas sunt
stas. ad alios:ergo is qui iusticiā distributiuā exercet & liberalitatē amat̄:quia dat unicuiq; qd suum est & sibi pauciora
relinquit ut lex liberalitatis dictat qua nihil est nature humane accōmodatius. Nihil aūt est: sed amabilius : reddit
ad id qd̄ dixit de moribus cū.s.boni uiri cōiungunt̄ familiaritate. Nihil amabilius nihil qd magis amorē cōtineat
Phus dicit. Non omne qd̄ ius est amabile est:sed bonū. ¶ Eadē studia:qm̄ uno & eodē delectamur:& idē est uelle
nolleq;. Studiū est uehemens uoluntas. ¶ Vt eque:tā & ita. ¶ Ac q̄ & sicut:ut tam delectet̄ altero q̄ seipso . Id quod
Studiū Pytagoras appellatus est qd̄ pytagoras q̄ uera nō minus pytio loqueret̄:qui conciliande amicitie imprimis:studio
Pytago sus fuit:ut dictū ut uolebat discipulos suos oīa habere cōia. dicebatq; nō debere quēq̄ trāsgredi modū aut in cibis
ras cur aut in laboribus. Venerem omni tēpore grauē dicebat:& ad bonā ualitudinē minime idoneā. Interrogatus qm̄ eēt
sic dictꝰ concubendum respondit cū te ipso infirmior fieri uolueris. ¶ In amicitia qui ab honestate ꝑficitur. Vt unus fiat ex
sit. pluribus. Interrogatus Aristo. qd esset amicus. respondit una aīa in duobus corporibus habitās. Amicitiā dicit esse
Amicus equitatē mutue beniuolentie. Theodorus aūt philosophus amicitiā e medio tollebat q̄ ea neq; incipientibus absit
una aia neq; sapiētibꝰ in illis enim sublato usus rōnis amicitiāq; dicebat euanescere. sapiētes uero cū sibiipsis sufficiāt ami
in duo cis nō indigere. Magna etiā hoc est alius gradus. ¶ Vltro citroq; datis. ultro & citro dicit̄ in dictis & in factis cū ali
bus cor quē alloquimur:tunc uerba ultro quasi ultra eunt cū loquentes audimus:tunc uerba citro quasi citra ueniūt. Et sic
poribꝰ. est in dandis accipiēdisq; muneribus. nā cū damus tunc ultra eunt dona cū accipimus tunc ueniūt citro. Que bn̄fi
Quintꝰ cia dum uicissim dantur:qm̄ qui semper accipere uult nō est amicus multū ergo debemus illis qui bn̄ficio nos de
gradus. merentur:& aīo amico accipiunt que dantur ut nobis & ipsi debere possit:& de ipsis benemeriti sumus cū quisq; co
Vltro ci natur:ut ei cui debeamꝰ plurimū semper optime cōitas uite & uera amicitia cōseruabitur. Vnde dicit Sene. Pessime
troq;. beneficia dant quicūq; ingratos eligunt in quos peritura conferāt. Et alibi dicit:qui noua accipere nō uult acceptis
Ingratꝰ. ostēditur & qui festinat utiq; reddere nō habet animū ingrati hoīs:sed debitoris. Et gratia dicit. qm̄ si damus alicui
Phocio qui non grato aīo accipit operā perdimus:& qui tali aīo accepit qd̄ cū uirtute & honestate datur īgratus est. Magis
nis & de esset animi ingenui a parte recusare:qd̄ nōnulli fecerunt aliq̄ faciunt:si qui boni possunt inueniri ut de phocione
madis atheniensi legit̄. Nā antipater dicebat(auctore Plutar. in uita phocionis)duo athenis sibi esse amicos. Phocionem
amicitia Demadēq; quorū alter.i.phocio nunq̄ potuisset persuadere ut caperet alterū.i.demadem nunq̄ potuisset dando ex
plere. Sen̄. dicit. Maledictū incipit esse nō minus in quo uirtus accipiētis cognoscitur. Et alibi. Non ingratū sed iniu
stum est superbe datū. Et alibi Beneficiis humana uita cōstat & concordia:nec terrore : sed mutuo amore in fructū
auxiliūq; cōmune cōstringitur. ¶ Deuinciuntur. tandē colligantur stabili amicitia. ¶ Sed cū oīa. hic est alius gradus
ceteris charior gratiorq; qm̄ sanctissimū nomen patrie omnia supradicta cōplectitur. ¶ Lustraueris. circū spexeris &
Ratio. contēplatus fueris. ¶ Rōne intellectu. ratio est pars animi. ¶ Animo contēplatione & tota mēte. ¶ Chari sunt ꝓbat
Summa quare nulla est charior:& sic per gradus amplificat hanc cū patria coniūctionē. Magna charitas debetur parētibus
charitas proxima filiis:& sic de reliquis successiue:cum uero patria amamus oia cōplectamur:ergo maxima charitas patrie
parenti debetur. Oium.s.quos amamus. nam qui amat patriam etiā alios amat:sed non econtra . ¶ Pro qua quis bonus
bus de lib.iii. de finibus ait. Ex quo fit:ut laudandus sit his qui mortem appetat pro republica qui docet chariorem esse pa
betur. triam nobis q̄ nosmetipsos. ¶ Oppetere frequentius significat mori non fataliter:sed illata morte:& ponitur cum
Oppete accusatiuo ut in hoc loco & absolute:ut apud Virgilium. Contigit oppetere. ¶ Si ei sit profuturus:utilitatem allatu
re. rus aliter discedet ab officio. unde oportet uti prudentia & cum patrie conducit mors fugienda non est: sed appe
tenda pro salute patrie:ut de deciis legitur qui pro Romanis legionibꝰ deuouerunt. De codro & similibus. Ericthei
& Curtii mors laudatur ceterorumq;:qui pro patria forti animo ceciderint. ¶ Quo propter quod(inquit)hi qui &
lacerarunt & lacerant patria sceleratissimi habendi sunt & sic Cice. patrie studiosus inuehitur in Sillam Catilinam:
& Cesarem atq; Octauianum qui tam ad tyrānidem aspirabant cum hec Cice. scriberet. ¶ Detestabilior. Execrabi
lior & magis uituperanda & digna odio maiore. ¶ Immanitas feritas & impietas erga patriam . ¶ Funditus ab
Pro pa imo. ¶ Occupati sunt idest id unum agunt & molliuntur. Et sunt nunc tempore Octauii Antonii & lepidi qui tres
tria mo omnia ad libidinem faciebant:& triumuiri dicebantur postea Octauius sublato Marco Antonio & lepido Circeis
riendū. relegato rerum:potius est ut prius fecerat Cesar sublato Pompeio. Et fuerunt tempore scilicet Sylle Marii. Catiline
Tyrāni. & cesaris. ¶ Sed si contentio posuit Cicero hactenus omnis gradus coniunctionis & necessitudinis:ut liquido co
Triūuiri gnosceretur:qui quibus coniunctiores sint. ¶ Nunc(inquit)si uolumus facere comparationem & cognoscere qui
bus plurimum debeatur:& sic contentio erit qui sit primus:& ceteris preponendus humane societatis gradus de
Cōtētio. bemus primum locum dare patrie inde aliis quos ipse per ordinem ponit. ¶ Si cōtentionem per comparationem
deueniatur quibus potissimum inseruiendum sit. ¶ Plurimum officii maius officium & primum locū. ¶ Princeps
sint patria & parentes:idest primi quoniam non amare parentes(ut inquit Seneca)impietas est non agnoscere in
sania. ¶ Quorum beneficiis quoniam parentes dederunt nobis esse:patria aut conseruauit. Philosophus agens de
amicitia & iusto parentum ad filios & contra sic ait. ¶ Est essendi causa pater quo maximum est & enutritionis ac
educationis. Amicitia talis in excellentia consistit quapropter & honorantur ipsi parentes & iustum in his est quod

efflagitat dignitas.Maxime debent(inquit)filii parentibus adesse & illis potius q̃ sibiipsis honestus est opitularit
honorem etiam(ut dii)tribuere oportet.℄ Proximi in secundo loco.Tota domus omnis familia: cum qua in una
domo uiuimus.Que spectat in nos solos spem habet nec habet aliud profugium,idest locum quo se conferat ad
opem implorandam.℄ Bene conuenientes non discrepantes a nobis in aliqua re:& maxime concordes in mori-
bus.cum autem sunt bene conuenientes preponendi sunt ceteris amicis.℄ Quibus cõmunis est plerunq; fortuna
idest status & conditio.Vnde uidemus interdum ꝙ propter unum ex ciuitate pellitur omnis familia.Illi igitur qui
propinque parati sunt nobiscũ omnem pati fortune chari nobis esse debent.Vñ Cice.in quadam epistola ad atticũ
sic scribit Quinti.fratris domus primo facta coniectus lapidũ ex mea deinde inflãmata iussu Cludii inspectante ur
be coniectis ignibus.Et ad fratre sic scribit.Sed certe ad te mihi oĩa semper honesta & iocũda ciciderunt a me tibi
luctus mee calamitatis:desideriũ:meror:sollicitudo.Fortuna igitur.Ciceronis cõis fuerat cum fratre. ℄ Quáobrẽ.
Concludit hanc partẽ ostendens supradictis nos debere presidia uite.Quáobrem igitur cũ hi sint necessitudinis gra
dus.Necessaria presidia alimẽta & defensio presidiũ est quod ad alicuius auxiliũ comparat̃.Pompeius ait presidiũ
dicitur qđ pro utilitate & salute alicuius auxilii gratia preponit̃ subsidiũ quod positũ est ad subueniẽdum laboran
tibus.Vulpianus ait.Presidiũ est auxiliũ principale.nã subsidiũ dicitur id qđ in auxiliũ succedit.Hic Cice.accipit pre
sidia simpliciter pro quibuscunq; auxiliis. ℄ His maxime potissimũ ante oẽs alios quibus ẽt post illos debemus.
His parẽtibus liberis familie propinquis.℄ Necessaria sine qbus uiuere non possunt & ea oĩa que pertinẽt ad ui-
tam degẽdam his prebẽda sunt.Vita aũt.postq̃ determinauit & docuit cuius potissimũ debeant̃ presidia uite ponit
ea q̃ inter amicos esse debet.℄ Vita cõsuetudo uiuẽdi.℄ Victus cõis rõ uiuẽdi.i.uiuere simul:ut decet amicos.Con
silia.consiliũ est sciẽtiam inspiciẽdi que nã & quo pacto agẽtes utiliter operemur:& in cõi uita mutuis cõsiliis indige
mus & sermonibus.℄ Cohortationes ad bonas artes & ad aliqd agendũ p̃hus sic ait.Loca non dissoluũt amicitia:
sed operationẽ ꝙ si diuturna absentia fuerit amicitie quoq; obliuionẽ efficiet.Vñ dictũ est taciturnitas cũ plures ami
citias dissoluit:aspicere amicos iocundũ est p̃sertim & calamitatibus p̃initur presidiũ aliqđ contra dolores consola
tionẽ.n.ipse amicus & uerbis & aspectu afferre põt:mõ si dexter sciat nãq; mores qbus gaudeat atq; dolet. His qui
emẽdari possunt magis ferendũ est in moribus auxiliũ q̃ in pecuniis:q̃to prestantiores sunt & magis amicitie ꝓprii.
℄ Cõsolationes in doloribus & aduersa fortuna.Consolatio est doloris diminutio.Solatiũ fit reconsolatio uerbis.
Quinti.ait.Cecitatis miserie solatiũ est hr̃e rẽ uidentiũ & alibi ob uiã cõsolationibus itis.Solamẽ est magis poeticũ:
ut Vir.Solamẽq; mali de collo fistula pẽdet.℄ Obiurgatiões:cuius aures(inqt in lelio)ueritati clause sunt hui⁹ saluo
desperanda est.obiurgationes in amicitia grate sunt q aculeos habẽt dolores uero non habẽt cõpungimur.n.cẽso
riis sermonibus:sed beniuolẽtie delectamur sedulitate(inqt Ambro.)igit̃ amicũ obiurgare:si qñ ab officio discesse
rit Iurgiũ proprie est inter ꝓpinquos & amicos.Vñ Simo.Terẽtianus dicit sibi non esse satis cause ad obiurgandũ.
℄ Vigẽt exercent̃ in primis.℄ Coniugauit.coniũxit bonos uiros quadã necessitudine: qm̃ nitit̃ honesto & durat.
Sed ea animi elatio. Posita fortitudinis cõmendatione ponit eam animi elationẽ qui in uitio est nec potest dici uera fortitudo: sed queaam audacia & immanitas. uñ opus est fortẽ habere alias uirtutes. Animi elatio magnanimitas in periculis subeũdis & laboribus. ¶ Sic uacat: si est sine iusticia. Non pro communi salute ad utilitatẽ reip. sed pro priuatis utilitatibus. ut fecit cesar cui adimit fortitudinis laudem: qm̃ non ad cõem utilitatem: sed suam fuit fortis & magnanimus. ¶ In uitio est ꝙ meretur laudem uere fortitudinis: sed uitio ascribitur non uirtuti: quoniam est contra iusticiam. Fortitudo (inquit Ambrosius) est uelut excelsior ceteris: sed nunq̃ incomitata uirtus. Non enim probat id quod dixit. ¶ Id pugnare pro suis cõmodis: ut fecerat Cesar. Non est uirtus: non pertinet ad uirtutem. ¶ Immanitatis feritatis: & seuitie. Nam ruit in uetitum animus elatus si non habeat alias uirtutes: & maxime iusticiam. & ut ostendat uerum id esse quod dixit affert diffinitionem stoicorum de ipsa fortitudine ipsa non definitio declarat que uis uerbo subiiciatur. ideo Arist. (ut dictum est in primo moralium) dicit euitandum est autem singula pertractare ut suapte natura percipi possunt & adhibenda est diligentia ut bene deficiant̃: nam magnã ad ea que sequũtur asserunt opem principiũ enim plusq̃ dimidium totius esse uidet̃ & eorũ que querũtur per ipsum fieri manifesta. Repellẽtis reiicientis. & ab omni humanitate aliene. ¶ Ita ꝙ igitur cũ ita sit ut animi elatio que pro suis cõmodis pugnat: sit potius immanitas q̃ uirtus. ¶ Probe recte & bene. ¶ Definitur prescribitur & declaratur: quid sit proprie fortitudo. Sic etiam ab aliis philosophantibus definitur Fortitudo est conseruatio stabilis iudicii in his rebus: que formidolose uidẽtur subeundis & repellẽdis & fortitudinem esse uirtutẽ pugnantẽ pro equitate. Vñ nemo dicendus est fortis q malicia & insidiis gloriam adeptus uidet̃. Non põt dici fortis q iniuste uincit cũ ipsa fortitudo pugnet pro iusticia sine qua nihil põt esse honestũ & probat Cice. sñiam suã autoritate Platonis q dicebat ꝙ aĩus paratus ad picula potius ꝑ sua utilitate q̃ cõi audax est appellandus: & non fortis & sic innuit̃ ipsa exuperatio: de qua dictũ est. Quoniã nulla est uirtus que non habeat emulã & falsam sui imaginẽ (ut auctor est Plato in dialogo q inscribit̃ Gorgias) Audacia enim est falsa imago fortitudinis nã audax uidet̃ fortis sed non est: & adulatores uident̃ oratores: cũ cogant̃ ꝑsuadere. & sic in oĩbus artibus & uirtutibus q̃ sunt mediocritates inter plus & minus uñ dicit Señ. eris magnanimus si picula non appetas ut temerarius nec formides ut timidus. Nã nihil timẽdum facit aĩum: nisi reprehẽsibilis uite conscia. Mensura ergo magnanimitatis est: nec timidũ esse nec audacẽ. Arist. in. ii. moraliũ ponit quinq; gña hoĩum q uident̃ esse fortes cũ non sint: sed hñt quandã falsam fortitudinis imaginẽ. Vere.n. fortis sponte subit picula: & certo consilio pp ipsam. s. honestatẽ pugnat pro salute cõi. Hi qui aut metu reprehẽsionis aut uerberibus: aut uoce incitati: aut ira aut in oratione periculorũ ducti pugnant fortes non sunt. Lege Aristo. q de his rebus agit diffusius. Igitur cũ talis debeat esse fortis & talis sit fortitudinis definitio. ¶ Preclarũ illud sententia illa illustris & laude digna. ¶ Calliditas uersutia. ¶ Animus fortis relatus qui pericula non curat omniaq; spernit. ¶ Paratus ad periculum qui facile contempsit pericula & mortem. ¶ Audacia quoniam audax est mulator fortitudinis: non fortis ut dictum est. Fortitudo sine iusticia iniquitatis materia (inquit Ambro. quo enim ualidor est eo erit promptior ut inferiorem opprimat. ¶ Sua cupiditate sui cõmodi causa. ¶ Verba platonis in epitaphio hec sunt oportet uos uerborum nostrorum esse memores si quid aliud exercetis cum uirtute exercere scientes absq; uirtute actus omnis possessionesq; turpes esse ac malas diuitie namq; splendorem afferunt nullum: eas cum ignauia possidenti neq; enim sibi hic sed alteri parat possidetq; diuitias: neq; forma corporis atq; robur timido ac prauo cum insunt decorem prestant. preterea scientia queuis remota iusticia aliaq; uirtute: non sapientia sed caliditas esse uidetur quapropter omni studio diligentiaq; contendite: ut nos & maiores nostros uirtutis gloria superetis. ¶ Itaq; concludit uiros fortes & magnanimos debere esse bonos simplici ueritatis amicos quod esse non potest nisi quis sit iustus qm̃ a iusticia (ut dictũ est) boni uiri noĩantur. ¶ Simpluis la pure non fallacis sed sine aliqua simulatione. ¶ Que ut aliqs simplex minime fallax & bonus sit ob hoc ali q iusticie laudẽ merẽtur: quia boni sunt & ueri. Iustus enim nũq̃ mentit̃ nũq̃ decipit quasi uir fortis non hẽt fortitu

Qui glorie spe pericula suscipit ambitiosus non fortis est.

Lubricus auceps & periculosus.

Glie appetentes equitatẽ seruare difficile.

Marsus.

Cesar audax.

Ambrosius

Aristo.

Pricipiũ plusq̃ dimidiũ uidetur

Fortitudinis definitio.

Nemo iniust⁹ fortis.

Oĩs uirtus emulam hẽt.

Adultores.

Oĩa uirtute carẽtia turpia sunt.

Iust⁹ nũq̃ mẽtit̃.

Pertinacia. lacedemonii uincere studebãt leges.

dinis nomen & laudẽ nõ meretur: que ut definitur a stoicis pugnat pro equitate. Sed illud odiosum querit' Cice. q̃ in forti aĩo & magno facillime innascatur quedã ptinacia & cupiditas ut uelit esse prim9: ut de Cesare dici poterat cuius eminẽs animus nũq̃ quieuit donec ad summũ gradũ cũ alioꝶ iniuria ascendit. Vnde fortis appellãdus est q̃n iusticia uacabat. ℭ Odiosum molestũ & egre ferendũ. Pertinacia est conatus animi ad rem quã iure assequi nõ debemus Varro. ait. In quo nõ debet pertẽdit & ptendit pertinacia est fortis igitur animus & magnus sine iusticia pertendit ad ea que nõ debet cupitq; illicita. Plato (ut repetit Plutar. in uita Coriolani) Sociã fortitudinis pertinaciã appellabãt. ℭ Principatus: ut primũ locũ in ciuitate obtineat & ,pbat hoc auctoritate Platonis q̃ scripsit omne institutum Lacedemonioꝶ esse ut ipsi uincerẽt sic illi q̃ magnitudine animi excellunt uolũt esse principes nisi a iusticia cõtineant'. Plato in eo dialogo q̃ laches de fortitudine ĩscribit' sic ait lacedemoniis nil aliud cure est in oĩ uita q̃ ita se in oĩbus ꝑparare ut bello ceteros oĩs superant. Nã lacedemonii fortissimi fuerũt Lycurgi leges uiguere: de q̃bus Cice. ait in scda disputatione Tuscu. Leges lycurgi laboribus erudiuit iuuentutẽ uenãdo: currẽdo: esuriẽdo: sitiẽdo: algẽdo: estuãdo. Sparte uero pueri ad arã & intellige tu lector ad arã Diane (ut author est Plutarchus) sic uerberib9 accipiunt': ut multus e uisceribus sanguis exeat: nõnũq̃ etiã (ut cũ ibi essem) audiebant ad necẽ quoq; non modo nemo nõ exclamauit unq̃: sed ne ingemuit quidẽ. ut paulopost dicit. Itaq; illi qui grecie formã rerũ pu. dederũt corpora iuuenũ formari labore uoluerunt. q̃d spartiate etiã in feminas transtulerũt. ℭ Que ceteris in urbib9 mollissimo cultu parietũ umbris occultant'. illi aũt uoluerunt nihil hoꝶ simile est apud Lacenas uirgines q̃bus magis palestra soli: puluis labor militia in studio est: q̃ fertilitas barbara. Lacedemonii suos infantes frigida fouebãt aqua ut essent robustiores: & Lacene mulieres euntibus filiis ad bellũ porrigebãt clypeũ dicentes: aut cũ hoc: aut sup hunc. i. aut redi uictor cũ hoc clypeo: aut sup hunc mortuus referaris: & quedã mulier cũ audiuisset filiũ in pugna cecidisse dixit. Idcirco eũ genueram ut esset is qui pro patria nõ dubitaret occũbere Lacedemonii (inquit Sene.) liberoꝶ expediunt' indolem uerberibus amotis: ipsis illos patres adhortantur ut ictu flagelloꝶ fortiter perferãt: & laceros ac semianimes rogãt ꝑseuerãtes uulnera prebere uulneribus hui9 disflagellationis (sic appellat. n. pluatarchus in apoftegmatibus) meminit Papini9 in thebaide dicẽs. Laudatq; uerbera matri. ℭ Omnẽ maiorẽ disciplinã educatiõis cõsuetudinẽ & institutũ in exercẽdis iuuenibus. Inflammatũ. accensum ad cupiditatẽ uictorie: q̃n illa educatio in laboribus docebat ipsos uiuere & pati oĩa fortiter: q̃ accidere possunt. Difficile aũt est. ostendit q̃d malum oriatur ex nimio appetitu principatus deserit'. n. iusticia: sine qua boni uiri esse nõ possunt. Equitatem. equo & pari uiuere cum aliis & nemini inferre iniuriã: ut uult ipsa iusticia. ℭ Cõcupiuerit. optauerit cõtra rationẽ. Vñ concupiscentia que est de his que sunt cõtra equitatẽ & rationẽ. ℭ Prestare. aliis antecellere & uelle primũ locũ habere & primas partes in ciuitate: & sic nõ seruatur equitas que propria est ipsius iusticie. ℭ Ex quo propter hoc: quia uolũt aliis prestare & principes esse inter suos conciues: nec uerentur facere cuipiã iniuriã & etiam patrie. Vinci se ab aliis. s. intercedẽtibus & cõtra sentiẽtibus. ℭ Disceptatione. uerbis & rõnib9. ℭ Publico publice instituto per ciues: & sic ĩtelligitur ius non scriptũ: quod usus cõprobauit. Nam diuturni mores (ut inquit Iustinianus) cõsensu utentiũ cõprobati legẽ imitantur hoc ius manauit a lacedemoniis: q̃n lacedemonii atq; cretenses (ut author est Iosephus lib. ii. de antiquitate iudeoꝶ) non uerbis sed re atq; consuetudine suos instituebant. Athenienses autẽ & ceteri pene greci oẽs que facienda essent uel nõ: legibus iubebant. re aũt atq; opera ad consuetudinẽ bene uiuendi reducere hoĩes neglexerũt. Legitimo. q̃d est scriptũ & mandatũ legibus. Nã ius scriptũ ut dixi est lex plebiscita. senatus cõsulta. principiũ placita: magistratuũ edicta: & responsa prudentũ. Et hoc ius manauit ab atheniẽsibus. Illi (inquit Cice.) qui talia cõcupiũt: nõ uinciuntur publicis moribus ciuitatis aut legibus: sed omnia ad libidinem faciunt ut aliis prestant queadmodũ fecit Cesar: qui omnia iura diuina & humana uiolauit: ut solus esset qui aliis imperaret. Vnde ab equitate discessit: quo nihil ab optimo ciue debet esse alicuius. Cesar etiã anteq̃ rerum potius esset leges uiolabat: & publicos mores & instituta romanoꝶ erat enim lex & cõmune institutum: ut triũphum petiturus esset extra menia: & quod quis cõsulatum petere: non posset: nisi presens comitiis interesset. Cesar triũphaturus de gallis (q̃n dies comitioꝶ instabat) utrũq; assequeretur: petiit ut sibi absenti petere consulatũ liceret: & quod sui absentis ratio in comitiis haberetur: q̃d erat contra publicũ ius & legitimũ: sed cũ negaretur triũphum omisit ne consolatu excluderetur. In ipso etiã consulatu multa populo gratificatus est: que erant contra publicos mores urbis & leges. Existunt preterea que dicta sunt emergunt in ipsa rep. ab. ℭ Factiosi & largitores: quoꝶ omne studiũ est: ut fauore populi superiores sint: ut fecit Cesar: qui etiã campũ stellatũ uectigalẽ: & moribus cõsecratũ diuisit q̃bus uoluit: & multis uariisq; largitionibus usus est: ut ad id q̃d cupiebat perueniret. ℭ Largitiores largitio est in malã partem ad captandos fauores: corrũpendaq; suffragia: qua Cesar sine aliqua supputatione pecuniarũ usus est. ℭ Factiosi. factio est diuisio ciuiũ in diuersa studia cũ aliqui in ciuitate principes fieri conantur: inter quos emulationes sunt qui & factiosi dicuntur cũ quisq; p fas & nefas ad suã uoluptatem alios allicit: & clientelã sibi cõparat. Hec oĩa a magno aĩo procedit: sed a iusticia alieno. Vnde cauẽdũ est ne ab illa discedatur q̃d ferinũ est atq; imma. Scipio. apud Cicero. in. ii. de repub. consensum iniustorũ ciuiũ appellat factionẽ. Vt opes q̃ maximas summã potentiam & principatum. Vi uiolentia & cũ iniuria aliorũ: potius q̃ equo & bono iure uiuere cũ ciuibus. ℭ Sed quo difficilius occurrit tacite obiectioni potuisset. n. dici difficile est cohibere impetũ animi leti & magna appetẽtis: qui paratus est magis ad opes cõsequẽdas & principatũ q̃ ad eq̃tatẽ atq; iusticiã. Ideo dicit propter hoc esse preclarũ uiro forti seruare equitatẽ: q̃n est difficile circa q̃d ipsa uirtus uersat' Socra. apud platonẽ in dialogo qui inscribit'. Corrigias dicit. Quare feliciores certe sunt priuati principibus nec tamen prohibet aliquid bonũ uirũ principẽ esse: sed cum arduũ atq; difficile sit in magna peccandi licentia seipsum continere magna laude dignum est: pauci tñ inueniuntur. Et in primo de legibus sic ait. Primã & optimã dico esse uictoriã: ut seipsum q̃s uincat. Turpissimũ uero quidẽ & pessimũ: ut seipso uincatur. ℭ Sed quo. quãto est difficilius seruare equitatẽ & esse forte: ipsamq; fortitudinẽ adeptã esse. ℭ Hoc. id est tanto est preclarius ipsam uirtutẽ actigisse tãdẽ elato animo ad iniusticiã ĩpellẽte: q̃n uirtus uersat' circa difficilia: cuius radices amare sunt. fructus autẽ suauissimi & habere habitũ uirtutis difficilimum est: & potissimũ uere fortitudinis: quoniã elatus animus uix potest ab iniuria abstinere. Et Ouidius dicit uirtutẽ tẽdere in ardua. & circa difficilia, uersari. Vnde domus uir-

Leges lycurgi.
Sparte pueri.
Lacene matris filiis.
Cõcupiscẽtia intercedentes. i. cõtrauenientes.
Ius scriptum.
Cesari9 uiolauit
Largitio
Factio.
Questionis tacitum absoluit.
Virtus.
Aurea hesiodi carmina

Virt⁹ im primis colēda. Nihil in iustū utile.

tutis fingitur in loco arduo & accessu difficili:sed quo fortune aspirare nō liceat:cum.n.eo uentum fuerit:securi et i
mus & fortune gladios temeritateq; uidere poterimus ad oīa quecūq; acciderunt parari. Hesiodus dicit. Quā facile
innumeras uitiorꝫ amplectimus artes. Haud procul illa habitāt. breuis est uia qua sit eundū. Est uia uirtutis cōtra-
ria. sudor anhelus Hanc sequitur:q̄ se scopulosis ardua cliuis. In longum prorūpit iter:riget aspera primo. Ingressu:
leuis est postq̄ alta cacumina tanges. ℭ Euitandū est igitur ut uirtute assequamur qua nil prestantius nilq; optabi-
lius esse potest:illa.n.similes deo nos reddit:& ad illā celestem patriā reducit:que hoium finis ultimus est:inter bo
nos uiros(inquit Seneca)ad deū amicitia est consiliante uirtute. Vt igitur finem nostrū cōsequamur:uirtutes colēde
sunt:& sic uiuendū ut preterita uita gloriari possumus:& tandē in deo quiescere q̄ optimo cuiq; cōtingit. Et ait Ci
cero. Nullū est tēpus qđ iusticia uacare debeat.i.nullam tēporis cōditionē & nullā partē officii qua quis debeat iu
sticia discedere cuiusq; præceptio etiā si omnia optata cōsequi posset:qui tamen ab equitate se iuncta sunt:qm̄ nihil
utile qđ non est iustum. Fortes igitur.concludit docēs qui sint ꝓprie appellādi fortes & magnanimi. ℭ Sed propul-
sant. Neq; inferenda:sed propulsanda iniuria lex uirtutis est:qui.n.non repellit a socio iniuriā si potest tam est in ui

Fortitu-do ubi cōsistat.

tio:q̄ ille qui affert. Non igitur in uiribus corporis(inquit Ambro.)& lacertis tantūmodo fortitudinis gloria est:sed
magis in uirtute animi. Cauere magis debet(inquit Plato.)ne ledas q̄ ledaris. oēs.n.studere debent:nō ut boni ui-
deantur sed ut palam & in occulto boni sint. ℭ Vera aūt nunc dicit quid sit propriū ipsius magnanimi prudentis.
ℭ Et sapiēs prudensq; cognoscit qđ optimū sit & est cū uirtute:qm̄ aliter diceretur quedam superbia & immanitas.
ℭ Illud honestū:uirtutis laudē ℭ Sequitur natura.qm̄(ut supradictū est)natura abhorret a turpitudine:& honestū
sequitur:& appetit:deditq; semina & igniculos quibus ad illud peruenire posset. Maiore igitur oīno fructus hone-
statis reponitur in factis q̄ in gloria aut fama populari:debemus honesta facere:nō propter hoc ut laudemur : sed
quia honestū est ita facere. Laus & gloria sequunť etiā si non appetantur. ℭ Nunc de magnanimitate dicendū est.

Magna-nimitas. Magna-nimus. Mode-stus. Pusilla-nimus.

Locus.n.exposcit ut hec oīa melius intelligātur:& plana sint oibus. ℭ Magnanimitas uersatur circa magnos hono
res ut ipsum nomē declarat. Magnanimus est is qui se putat dignū magnis honoribus cū sit studiosus:quia hoc cō
uenit ei ratione uirtutis:cui nō possunt satis digna premia dari qui maxima meretur qui pro dignitate id non facit
stolidus est:& data una uirtute morū datur prudentia que exterminat oēm stoliditatē. ℭ Qui paruam habet perfe-
ctionē paruaq; meretur & his dignū que putat. Modestus est:ad non magnanimus:ille autē qui est indignus & ma
gnis honorib⁹ se dignū putat:exuperat & est in uitio:exuperat autē seipsum:ad nō magnanimū. Pusillanimus aūt
deficit qm̄ cū habeat uirtutes nō estimat se magnis honoribus dignum:& est deterior qui exuperat q̄uis in ipso sit
uirtus:& magnanimus est uir optimus:quia est optimis dignus:ut sunt honores q deo tribuuntur. Melior maiora
semper meretur:& optimus maxima. Ergo uir magnanimus ex premio bonus cognoscitur qui oīa paruipēdit. Nā

Difficile est esse magna-nimum. Magna-nimi cō-ditiones Magna-nimi of-ficium.

nihil magnum uidetur:& habet supremū cuiusq; uirtutis. Ideo difficile est esse magnanimū:quia difficile est asseq
uirtutes:propter insitam uoluptatē & nullo modo fugit aliquo timore ductus nec facit iniuriam:nec timet infamiā
iniuria illata:conscius sue bonitatis & nō dolet cum nō honoratur nec multa aggrediatur cui nihil magnū uideť
honorē premium uirtutis & bonis oibus tribuitur:ut sunt magnanimi:& ipsa magnitudo animi & tanq̄ ornamen
tum oīum uirtutū:nā ipsas efficit maiores. Magnanimus.n.ornat uirtutes. Pusillanimus autē īminuit qui putat se
indignū cum habeat uirtutes. Et magnanimus honorib⁹ qui magni sunt & a studiosis hoibus efferuntur:modeste
letatur tanq̄ adeptus honores uirtutis suo accōmodatos uel minores. nā cumulate uirtuti null⁹ honor satis dignus
haberi potest:sed honores ab impedita multitudine oblatos spernit:cū illis dignus nō sit sed maiorib⁹. Impediti.n.
non iudicant:nec id faciunt rōne uirtutis:& cū magnanimus in periculo uersatur uite ue parcit sue & putat non
esse uiuendū nisi cum gloria & decore. Magnanimitati pusillanimitas opponiť magis q̄ sterilitas ad oēs honores:
quia plures sunt pusillanimi:& illud est maius malū qđ est magis cōmune . Est etiā talis ipse magnanimus(inquit
Aristo.)ut magis res pulchras & sine fructu q̄ utiles possideat. nā res sine fructu ostēdit possessionē esse opulentū &
incidat quādam sufficientiā magnanimi etiā est inter magnos magnū se ostēdere. Inter humiles autē & in fine for-
tune & hoies mediocrem & effabilē. Tales.n.superare magnanimo q circa magna uersari debet:indecorꝫ est. Vnde
uituperātur illi qui cū sint imperita multitudinē philosophātur:& docti uolūt uideri. Inter doctos aūt obmutescūt.
Et magnanimi est:aut amare:aut odisse palā & ueritatē dicere:aut loqui palā & agere. Ipse.n.magnanimus contē-
ptor esse uidetur & uera loqtur propter uirtutē quā habet. que ueritas est & ipse nunq̄ faceret cōtra suā naturā. nec
nō ipsius magnanimi incessus debet esse tardus:& uos grauis:& cōposite loq. Non.n.properat is q nihil existimat
magnū:talis est ipse magnanimus. Non in gloria.i.nō putat esse honestū:qa laudetur ab īperita multitudine:& qa
gloriosissimū uideatur laudari ab aliis:sed qa naturaliter est honestū dum fit:plures sunt q potius uolūt uideri bo-
ni & nō esse:q̄ & esse & nō uideri. Vir aūt magnanimus ex factis honestatē cupit:nō ex opinione hoium & laudatio

Gestus magna-nimi.

ne populari. In factis.in rebus que fiunt cū uirtute quā amamus & expetimus ꝓpter se:nō ꝓpter gloriā & hoium
extimationē. ℭ Principē primū.i.uult potius laudādi facere & nō laudari:q̄ factorū(q̄uis mereať)laudationes acci-
pere. nā in factis nō in gloria putat esse:illud honestū ad qđ natura impellimur. Plato in.ii.de reipu.dicit. Nō ut ui-

Gloria seq non appeti debet.

deatur iustus generosus uir iusticiā colit. si.n.qa iustus uideatur honores quispiā adipiscitur. Incertū sit utrū ꝓpter
uirtutē iusticiā sequatur:an ꝓpter honores. Vnde dicit Pli. Gloria sequi nō appeti debet & ꝑbat hoc Cice.dicēs Nā
qui laudari uult ab īperita multitudine nō est habēdus magnanimus & sapientē ex insipiētiū laude pendere turpis
simū est:& magnanimus oīa facit honestatis causa:nō fame aut glorie:quā que appetūt & res iniustas aliqñ impel-
luntur & pauci sunt qui gloriā tanq̄ mercedē rerū gestarꝫ nō querāt:& ideo pauci sunt uere magnanimi. ℭ Principē
primū uirtute & oī laude dignum:q̄ ita haberi estimatione uulgi qđ ꝑbat a cōtrario dicēs. Et.n.qui curat opinione
hoium nō ipsam uirtutē nō est magnus. qa illud est nature magni uiri cōtrariū q nihil curat p̄ter ueritatē & uirtutē.
ℭ Pēdet arbitrať uerā gloriā uirtutis cōsistere in opinionē īperitorꝫ hoium:q iudicare nō possunt:& errore ducunť.

Lubric⁹ locus.

Vnde magnanimus spernit laudationē imperite multitudinis:& totius ex seipso pendet.i.in seipso ponit oīa & in
uirtute quā habet. In magnis uiris.in numero magnorꝫ uirorꝫ. ℭ Vt quisq;.quāto quisq;. ℭ Altissimo aīo.forti & cu
pido glorie.qđ ad magnanimū ꝑtinet:qui circa magnos honores uersatur. ℭ Qui locus est lubricus.cū qs est altissi-

mo aīo & glorie cupido: hic inquā locus est lubricus: qm̄ in ipso pauci cōsistunt ut oportet. sed labūtur nec seruāt id qđ magnanimū decet: q̄ gloriā spernit & famā uulgi & estimationē contentus benefecisse: lubricus locus est in quo nō possumus cōsistere aut ingredi: ut sunt herbe sanguine perfuse: marmora: lenia: & lapides humore aliquo cōspersi. Adolescētia etiā dicitur lubrica: qm̄ q in ipsa sunt facile labuntur & fiunt deteriores ipso magnanimo. Oīa (inqt Pla. li. vi. de reip.) magna lubrica sunt & bona re ipsa difficilia. quū tibi alludit uite prosperitas (inquit Seneca) tunc te uult in lubrico retinebis ac sistes: nec tibi dabis impetus liberos: sed circūspicies quo eundum sit uel quousq̧. ❡ Aditis. qui pericula adiuit ut decet magnus: & qui passus labores est: & omnia illa que uir fortis magn⁹ prestare patiq̧ debet. ❡ Mercede. qm̄ honor (ut dicebā) premiū est ipsi⁹ magnanimi. Gloriā. laudē ex opinione populi pauci sunt qui hanc gloriam spernunt. quoniā uidet̄ esse merces rerū gestarū: Unde dicit idem Cice. in orōne pro Aulo licinio. Trahimur oēs laudis studio & opimus quisq̧ maxime gloria ducit̄. ipsi illi philosophi etiā in illis libellis qui de contēnenda gloria scribunt: nomē suū inscribūt in eo ipso in quo predicationē nobilitatēq̧ despiciūt predicari de se ac nominari uolunt. Nulla. n. (inqt) uirtus aliā mercedē laborū periculorūq̧ desiderat p̄ter hanc laudis & glorie que qdā detracta iudices qđ est q̄ in tā exiguo uite curriculo & tā breui tātis nos in laboribus execramus. ASCE.

O Mnino fortis animus. Docet circa que animus fortis uersatur & est ordo. Animus oīno fortis & magn⁹ cernitur. i. decernit̄ & cōprobat̄ maxime. i. precipue ex duabus rebus quarū una ponitur in despicientia. i. contēptu rerū externarū. i. extra nos positarū ut sunt diuitie. Cum sit persuasum sup. animo forti: & magno. hominē nihil. i. nō aliquid: nō oportere. i. decere aliquid aut admirari tanq̄ magnū & hoc primo aspectu: aut optare tanq̄ utile: aut expetere tanq̄ sibi debitū & necessariū: nisi illud qđ sit honestū & decorū: & nulli pro nō & ulli non succumbere. i. superari ulli neq̧ homini. neq̧ perturbationi animi: neq̧ fortune. Altera res est ut cū. i. postq̧ tu qui sup. fortem quidē animū habere uis: sit affectus aīo: ita ut dixit supra geras. i. publice facies res magnas & geras quidem. i. certe illas: sed res magnas: &. i. etiā maxime utiles. s. ut. i. ueluti arduas uehementer & plenas labor̄ & periculorum: tum. i. pariter causa uite: tum. i. pariter causa sup. multarū rerum que pertinent ad uitam. Omnis splendor & amplitudo. i. magnificentia que est in animo forti & magno est harum duarū rerum. i. pertinet ad has duas res. s. nihil admirari optare & expetere nisi qđ honestum & decorū: & nihil gerere nisi quod magnū maxime utile ac duum laborū ac periculorū plenum: & ego addo & in posteriore. s. ultra splendorē & amplitudinem etiā utilitatem quia dixit illas quidē & maxime utiles. Autē pro sed causa & ratio efficiens. i. que efficit magnos uiros est in priore. i. in priori re hoc est in despicientia rerum extern̄ & in expetitione solius honesti & decori. Enim pro quia illud qđ facit animos excellentes & contēnentes humana. i. res humanas est in eo. s. priore. Autē pro sed idipsum. s. qđ excellentes animos & humana contēnentes facit: cernitur. i. decernitur & comprobatur in duobus &. i. pariter hoc est primo loco si tu iudices id solū bonū qđ honestum sit: &. i. pariter hoc est secūdo si tu sis liber a p̄turbatione animi. Nam &. i. etiā dicendū est fortis & magni animi sup. esse. i. pertinere ad fortem & magnū animū ducere. i. estimare ea que uidentur plerisq̧. i. male affectātibus eximia & preclara: cuiusmodi ample dignitates & magistratus ac fortune strepitus: q̧ pro & cōtēnere ea ratione stabili & firma. Et ferre. i. tollerare ea que uidētur acerba: quorum multa & uaria uersantur in uita & fortuna hominum: ita. i. eo modo ut tu nihil discedas: a statu nature. i. mentis tranquillitate. que cum sit naturalis externa exturbare non debeant: & nihil discedas a dignitate sapientis. i. ab eo quod sapiente uiro dignū est: & robusti animi & magne constantie. i. pertinet & ad robustum. i. fortem animum & ad magnam constantiam. Autem pro sed nō est consentaneum. i. non est uerisimile: & ita non est sentiendum eum animum. s. qui non frangatur. i. non possit frangi metu: frangi. i. q̄ frangatur cupiditate. Nec consentaneum est eum qui prestiterit. i. prestanter exhibuerit se inuictū a labore uinci uoluptate. Quāobrem &. i. etiā hec que dicta sunt cupiditas & uoluptas sunt fugienda supple uiro forti. Enim pro quia nihil est tam. i. tantum angusti & parui. i. pusillanimi: q̄. i. quantū amare diuitias & supple nihil est honestius & magnificētius q̄ contēnere pecuniam si nō habeas supple eam & cōferre sup. pecuniam si habeas eam ad beneficētiam & liberalitatem. Nō enim sunt prodigende pecunie sed honeste expēdende. Cupiditas glo-

Ordo.

Nunc externa iubet nihil super omnia pendas
Hec uirtus modo te magna subire iubet.

☞ Fortitudo facit hoiem externa parui facere & ardua subire:

Argumentum Erasmeum.

❡ Vera magnanimitas duabus in rebus potissimū sita in contēnendis. tum prosperis: tum aduersis: & in arduis rebus gerendis:



Mnino fortis animus & magnus duabus rebus maxime cernitur: quarum una in rerū externarū despicientia ponitur, cum persuasum sit nihil hominē nisi quod honestum decorūq̧ sit aut admirari, aut optare, aut expetere oportere, nulliq̧ homini neq̧ perturbatiōi animi nec fortune succūbere. Altera est res, ut cū ita sis animo affectus, ut supra dixi res geras magnas illas qdē & maxime utiles sed ut uehementer arduas plenasq̧ laborū & periculorum. tum causa uite. tum multarum causa rerū que ad uitā pertinent. Harū rerum duarū splendor omnis & amplitudo est, Addo etiam utilitatē in posteriore. Causa autem & ratio efficiens magnos uiros est in priore. In eo enim est illud qđ excellētes animos & humana cōtemnentes facit. Id autē ipsum cernitur in duobus, si solū id quod honestū sit bonum iudices, & ab animi p̄turbatiōe liber sis. Nā & ea q̄ eximia plerisq̧ & p̄clara uident̄ parua ducere eaq̧ rōne stabili firmaq̧ cō-

Animus excellēs in duobus cognoscit̄.

rie est etiã cauẽda ut dixi supra enim pro quia ipsa cupiditas glorie & ambitio eripit .i. aufert & subtrahit libertatem sup. animi pro qua sup. libertate retinenda omnis contentio .i. cõcertatio & pugna debet esse uiris magnanimis. Vero pro sed: nec imperia sup. sunt expetenda uiro forti at .i. immo sup. imperia sunt interdum non accipienda si offerent: ac pro & sunt sup. deponenda a uiro forti nonnunq̃ .i. aliquando quando .s. aut minus utilia aut minus honesta decoraq; illi sint. Accipit autẽ hic imperiũ pro ea potestate quã pro tẽpore uir strennus .i. in milites quibus imperabat exercebat non pro rerũ monarchia. Autem pro sed uacandũ est .i. uacuũ esse oportet oĩ perturbatione animi tamen .i. pariter cupiditate & metu. tũ .i. pariter etiam egritudine .i. tedio est aut amaritudine qua quid egre fertur & uoluptate .i. illicita delectatione animi & ira ut trãquillitas & securitas .i. separatio a curis assit que .s. securitas afferat non temeritatem. sed tamẽ .i. pariter constantiã: tamen .i. pariter ẽt dignitatẽ .i. condignã maiestatẽ. Autẽ pro sed multi sunt & fuerunt qui expectantes eam quã dico tranquillitatem remouerunt se a negociis publicis & profugerunt .i. tanq; in locũ tutiorẽ se receperunt ad ociũ .i. ad uocationẽ rerũ precipue publicarũ. In his .i. inter hoc qui sic profugeret .i. etiã nobilissimi philosophi: & longe principes .i. longe ante alios in philosophia principatũ obtinentes & quidam homines se ueri .i. rigide sequentes uerũ & graues .i. multum constantes: nec potuerunt ferre .i. perpeti mores populi nec principum & uixerunt nonnulli in agris delectati sua re familiari. Idẽ propositũ fuit his .i. hmõi uiris q̃ regibus ut .s. ne qua .i. non aliqua re egerent: & ne .i. ut nõ parerent: cui .i. alicui: & ut sup. uterent libertate. cuius .s. libertatis propriũ est uiuere sic ut uelis quare .i. q̃obrẽ: cũ .i. quando quidẽ hoc .s. q̃d dicti appetunt: sit cõmune potentie cupidoꝝ qui liberi esse & nulla re egere uolũt cum his quos ociosos dixi: alteri .s. priores iam dictorũ hoc cupidi arbitrantur se posse adipisci .i. obtinere id ut .s. libere & sine egestate uiuent si habeant magnas opes alteri .s. philosophi & eoꝝ similes arbitrantur se posse adipisci id si sint cõtẽti & suo .i. sua re & paruo .i. ea modica in quo .i. in qua re. sententia .i. iudiciũ & opinio neutrorum .i. neq; cupidorum: neq; contẽnentiũ: est contẽnenda .i. aspernenda omnino .i. naturaliter sed uita ocioso ꝝ in ocio: non autẽ cessatione sed priuatione dũtaxat magistratuum & rerum pu. diligentiũ est & .i. pariter facilior & tutior & minus grauis aut molesta aliis. Autẽ pro sed: uita: sup. eoꝝ qui se accõmodauerunt .i. cõmodos & idoneos fecerunt ad rempu. & ad magnas res gerẽdas est fructuosior generi hominũ & aptior ad claritatem & amplitudinem. Quapropter concedendũ .i. ignoscendũ aut permittendũ sit forsitan: & .i. pariter his nõ capescentibus .i. non acceptantibus rempu. .i. administrationem reipu. .i. qui existentes excellenti ingenio dederũt sese doctrine .i. applicue

Fortes uinci cupiditate nõ decet

Amare diuitias parui animi.

ERAS. Vt ne p ne.

ERAS. Vti plato uti scipio.

Libertatis proprium.

tẽnere fortis animi magniq; dicendũ est. Et ea que uident acerba quorũ multa & uaria in hominũ uita fortunaq; uersant ita fere ut nihil a statu natur discedas nihil a diuinitatis sapientis robusti animi est maneq; cõstantie. Nõ est aũt cõsentaneũ: qui metu nõ frãgat eũ frãgi cupiditate: nec qui inuictũ se labore p̃stiterit uinci uoluptate. Quaobrẽ & hec uitãda sunt: & pecunie fugiẽda cupiditas nihil. n. ẽ tã angusti animi tãq; parui q̃ amare diuitias. nihil honestius magnificentiusq; q̃ pecuniã cõtẽnere: si ñ habeas: si habeas ad bñficẽtiã libertatẽq; cõferre. Cauẽda est etiã glorie cupiditas (ut supra dixi) Eripit. n. libertatem pro qua magnanimus uiris omnis debet esse contẽtio. Nec uero imperia expetẽda ac potius nõ accipienda interdũ ac deponẽda nõnunq̃. Vacandũ aũt est omni animi perturbatione. tũ cupiditate & metu: tũ etiã egritudine & uoluptate animi & iracũdia ut trãquillitas adsit & securitas que afferat. tũ constantiã: tũ etiã dignitatẽ. Multi aũt & sunt & fuerunt qui eam dico tranquillitatẽ expetentes a negociis publicis se remouerunt ad ociumq; profugerũt. In his & nobilissimi philosophi lõgeq; principes & quidã homines se ueri & graues: nec populi nec principũ mores ferre potuerũt. Vixerũtq; nõnulli agris delectati sue familiari. His idẽ propositũ fuit q̃d regibus: ut ne qua re egerẽ nec cui parerent libertate uterẽtur cuius propriũ est sic uiuere ut uelis. Quare cũ hoc cõmune sit potẽtie cupidorũ cũ his (quos dixi ociosos) alteri se adipisci id posse arbitrant si opes magnas habeãt: alteri si cõtẽti sint & suo & paruo in quo neutrorũ omnino contemnẽda eũ sentẽtia. Sed & facilior & tutior & minus aliis grauis aut molesta uita est ociosorũ. Fructuosior autẽ hominum generi & ad claritatẽ amplitudinemq; aptior eorum qui se ad rempublicã & ad magnas res gerendas accõmodauerũt. Quapropter & his forsitan concedẽdũ sit rẽpublicã non capessentibus qui excellenti ingenio doctrine sese dediderũt: & his q aut ualitutudinis imbecillitate: aut aliqua grauiore causa ĩpediti a republica recesserunt: cũ eius administrãde potestatẽ aliis laudẽq; cõcederẽt. Quibus autẽ talis nulla sit causa si despicere se dicãt ea que pleriq; admirant ĩperia & magistratus, his nõ mõ nõ laudi, uerũ etiã uitio dãdũ puto. Quoꝝ iudiciũ in eo q̃d gloriã cõtẽnãt, & p nihilo putẽt, difficile factũ est nõ p̃bare. Sed uident labores & molestias, tũ offensionũ, tũ repulsarum quasi quan-

dã ignominiã timere & infamiã. Sunt.n. qui in rebus
cõtrariis parũ sibi cõstãt: uoluptatẽ seuerissime contẽ
nãt in dolore sint molliores: gloriã negligant, fragant
infamia. Atq; ea quidẽ nõ satis constãter. Sed his qui
habẽt a natura adiumẽta rerũ gerẽdaꝝ: obiecta omni
cuntatiõe adipiscẽdi magistratu sunt & gerẽda respu
blica ẽ. Nec.n. aliter aut regi ciuitas aut declarari ani
mi magnitudo põt. Capescendi aũt rẽpu. nihil minus
q̃ philosophis haud scio an magis etiã & magnificen
tia & despiciẽtia adhibenda sit reꝝ humanaꝝ (quã se
pe dico) & tranquilitas animi atq; securitas. Siquidẽ
ne anxii futuri sunt & cũ grauitate cõstãtiaq; uicturi:
q̃ eo faciliora sunt philosophis, quo minus patẽt mul
ta in eoꝝ uita q̃ fortuna feriat, et quominus multis re
bus egẽt: & q̃a si qd aduersi eueniat tã grauiter ñ pos
sunt. Quo circa nõ sine cã maiores motus animoꝝ cõ
citantur, maioraq; efficienda rẽpu. gerentibus q̃ quie
tis; quo magis his magnitudo animi ẽ adhibẽda, & ua
cuitas ab angoribus. Ad rẽ agendã autẽ qui accedit, ca
ueat ne id modo consideret, q̃ illa res honesta sit: sed
etiã ut habeat efficiẽdi facultatẽ. In quo cõsiderandũ
est ipsi ne aut temere desperet, pp ignauiã; aut nimis
confidat, ppter cupiditatẽ. In omnibus autẽ negociis
priusq; aggrediare, adhibẽda est preparatio diligens.

runt se ad docendũ: &.i. pariter his qui impe
diti: aut imbecillitate ualitudinis.i. quia ualitu
dinarii sunt: aut aliqua causa grauiore.i. maio
ris pensi ac momenti recesserunt a repub.i. ab
eius administratione cum cõcederent.i. ultro
permitterẽ: aliis potestatẽ & laudem eius.s. rei
pub. administrãde. Autẽ pro sed: ego puto his
quibus nulla talis causa sit si ipsi sup. dicant se
despicere ea que pleriq; admirentur.s. imperia
& magistratus: non modo non dandum sup.
etiã laudi. uerũetiam uitio quoq; iudiciũ non
approbare in eo q̃ contẽnant & putent .i. re
putent pro nihilo gloriam & difficile factu.i.
ut fiat: sed super tales uidentur timere labores;
ut molestias: tum.i. pariter offensionum dum
gererent: tum.i. pariter repulsarũ: dum peterẽt:
quasi quãdam ignominiam & infamiã. Enim
pro quia: sunt sup. homines que cõstent.i. con
stantes & uniformes sibi sint parum in contra
riis.i. aduersis ferendis & qui contẽnant seue
rissime uoluptatẽ: ut sint meliores.i. impatien
tiores & uincibiliores q̃ deceat in dolore: & q
negligant gloriã: & sup. frangantur infamia.i.
qui contẽnunt delicias carnis & strepitũ fortu
ne: sed possunt pati modicũ dolorem: aut mo
dicam contumeliã equanimiter: quales hodie
cõspiciuntur plures totos dies orationibus in
templis impatientes: & cũ redierint pro mo
dica offensione in familiares debacchantes &
fere insanientes. Atq; quidẽ.i. certe faciũt sup.
ea que dicta sunt non satis cõstanter. Sed ma
gistratus sunt adipiscendi: & respu. est gerẽda
omni cunctatione.i. mora & dubitatione adie
cta his qui habent natura adiumenta rerũ ge
rendarum.s. uirtutes quas cardinales uocant.

ERAS. Nõ satis cõstãter .i. alibi cõtẽnũt alibi nimime.

ERAS. Mora uirib⁹ agredi temeritatis ẽ. Que possis in his tibi diffider ignauie.

Qui magistratu digni.

Enim pro quia nec ciuitas potest aliter regi: q̃.s. si spectãt magistratus qui idonei sunt: nec magnitudo animi potest
aliter declarari. Autẽ pro sed: & magnificentia & despicientia rerum humanaꝝ & tranquillitas animi atq; securitas:
quã sepe dico sit adhibenda capescentibus.i. adire cupientibus rempub. nihil.i. in nullo minus q̃ adhibẽda sit phi
losophis.i. philosophari uolentibus & haud.i. nõ scio: an etiã magis sit sup. adhibenda rẽpu. capescentibus q̃ philo
sophis. Si quidẽ.i. quia certe qui sup. rempu. gerant futuri sunt nec anxii si quid offensionis occurrat & uicturi sunt
cum grauitate & constantia: que.i. cuiusmodi ornamenta sunt eo.i. tanto faciliora philosophis: quo quanto minus
multa.i. pauciora negocia patent in uita eoꝝ que fortuna feriat.i. ferire hoc est pcutere possit: & quo.i. ex quo egẽt
minus multis rebus: & quia non possunt tam grauiter cadere si quid aduersi eueniat. Quo circa.i. quapropter ma
iores motus animoꝝ concitantur non sine causa gerentibus rempu. & maiora sunt efficienda gerentibus rempu.
q̃ quietis.i. in ocio degentibus: quo.i. pro quo uel pro quanto magnitudo animi: & uacuitas.i. euacuatio ab angori
bus.i. anxietatibus est magis adhibẽda his.s. rempub. gerentibus q̃ quietis. Autẽ pro his sup. qui accedit ad rem ge
rendam caueat ne consideret modo.i. solũmodo id.s. q̃.i. quantũ honesta sit illa res.s. administratio reipu. sed etiam
consideret sup. ut habeat facultatẽ faciendi.i. recte gerendi. In quo.i. qua re considerandum est ipsi sup. gerere uo
lenti: ne aut desperet temere: sine legitima ratione.s. ppter ignauiã.i. inertiã suam: aut ne confidat nimis ppter cu
piditatẽ sup. gubernandi: qua execatus nõ uideat q̃ ineptus sit. Autẽ pro sed diligens preparatio est adhibẽda sup.
tibi in oibus negociis.i. rebus administrãdis: priusq̃ aggrediare.i. aggrediaris sup. earum administrationem.



Mnino fortis animus & magnus. Ponit nunc ea circa que ipsa fortitudo uersatur & magnanimitas &
munera utriusq;: sed Cice. de his uirtutibus cõfuse loquitur: que autẽ fortis & uiri & magnanimi officia
proprie sint iam dictũ est. ¶ Omnino certe. ¶ Cernitur cognoscitur perspicitur. ¶ Quarum una hec est
prima pars & quasi materia circa quã uersatur fortis animus & magnus: despicere.s. oia bona fortune: ni
hil mirari nisi uirtutẽ: & inuictum se prebere oibus fortune casibus telisq; & omni affectu atq; perturbatione uacare.
¶ Rerum externarũ. res externe sunt que extra corpus animũq; habẽtur: ut diuitie & imperia: magistratus & omnia
deniq; que sunt in manu fortune: a qua fortis animus & magnus non debet pendere. ¶ Despicientia . contemptu
rerũ que sunt extra animũ & corpus. ¶ Cum sit persuasum. inductũ in opinionem. ¶ Nisi quod honestũ uirtuti con
ueniens: & honeste factũ: aut decet. Ideo ait. ¶ Decorũq; sit.i. decenter actũ. Tunc enim decoꝝ est cum precessit ho
nestas. Magnanimus nõ est pronus ad admirandũ: quoniã apud ipsum nihil fere magnum est nec meminit iniurie
& mali illati. Non est magnanimi (inquit Aristo.) meminisse presertim mala: sed potius despicere: q̃m magnanimus
abhorret: ab eo q̃ naturam iminuit suam & memoria mali est contra suam naturã: quia debet esse contẽptor oium
rerum & omnia putare se longe inferiora esse & non potest timere aliquid quod nõ est superius. Ut magnanimus

MARS.

Externe res.

Despicientia.

timeret: maliq; memor esset inferiori uideretur. Nec de hoibus loquitur ipse magnanimus. Etenim neq; de re ipso: neq; de alio docet: nec cupit laudari ut alii reprẽdantur. Ideo dixi supra uera animi magnitudo putat honestũ situ esse in factis non gloria. ℭ Admirari. tanq̃ magnũ. Magnanimo enim nihil magnũ & admiratione dignum uidetur preter uirtutem. ℭ Optare aio. ℭ Expetere. consilio. ℭ Inde prius optamus: postea consilio expetimus. ℭ Nihil homini. i. despicere omnes hoies. & illis non cedere: ẽtsi esset moriendum: nec debet adulari magnanimus. quoniã oẽs laudatores seruiles sunt. Vnde laudatur Cyreneus Theodorus plus non innobilis: cui tum Lisimachus crucẽ minaretur istis quesitis inquit. Ista horribilia minitare purpuratis tuis. Theodoro quidem nihil refert humi: an sub me putrescat. ℭ In secunda tusculañ. disputatione ait Zeno. probatur cleantes qui perpessus oia est potius q̃ consocios delende tyrannidis iudicare. De anaxarcho democrito cogitetur qui cũ tyri in manus. Timocreuntis regis incidisset: nullum genus supplicii deprecatus est. neq; recusauit Calanus indus uir indoctus ac barbarus (in radicibus Caucasinatus) sua uoluntate: uiuus combustus est. Vir igitur fortis & magnanimus spernit minas tyrannorũ: estq; ad mortẽ certo animo paratus pro honestate decoroq; seruando. ℭ Neq; perturbationi perturbatio (ut dixi) est et motus qui longius discessit a nature constantia: Partes perturbationũ ex duobus opinatis bonis nascũtur & duobus opinatis malis. Ex bonis libido & leticia que est presentiũ bonorum: libido aũt futurorũ. Ex malis metus & egritudo: Motus est de futuris malis: egritudo de presentibus. Paruaq; opinionum conturbatio: ipsaq; inter se repugnantia spoliat aium: morbisq; contaminat. Stoici uolebant aium ipsius sapientis uacare non modo perturbationibus: sed et effectibus quos academici & peripatetici in sapientem cadere dicunt: ut dictat ipsa recta ratio. Affectus (inquit Señ.) sunt motus animi improbabiles subditi & considerati qui frequentes neglectiq; solent facere morbũ. Cato apud Cice. lib. iii. de fi. sic loquitur. Perturbationes aũt nulla nature ui cõmouentur oiaq; ea sunt opiniones ac iudicia leuitatis: itaq; his sapiens semp uacabit. ℭ Neq; fortune. casibus & telis fortune. Nam magnanimus oia que accidere possunt sua prestantia inferiora putat: & sic non succũbit aduersis nemo põt (inquit in Parado.) non beatissimus esse qui est totus aptus ex se: quiq; in se uno sua ponit oia. Cui aũt spes ois & ratio pendet a fortuna huic nihil põt esse certi. Altũ quiddã est uirtus (inquit Sene.) excelsum & regale inuicti infatigabile. ℭ Altera res. hec est altera circa q̃ uersari debet ipse magnanimus: qui (ut ipsum nomen declarat) circa res magnas & arduas uersatur plenasq; difficultatis & laboris. Debet ẽt parere ea que pertinent ad usum uite & liberalitatẽ & magnificẽtiam cũ opus est exercere possit. Ita aio affectus: ita dispositus (ut dictũ est) nam dicit fortitudinẽ esse uirtutem pugnantẽ pro equitate: & ueram animi magnitudinẽ debere arbitrari in factis non in gloria situm esse honestũ: & fortis esse habendos & magnanimos non qui faciunt: sed qui propulsant iniuriã: & nonnullas alias proprietates utriusq; posuit: que oia cum aliqui adepti sunt appetunt ea que hic Cicero ponit pro decoro seruando. ℭ Maxime utile rei publice. s. & patrie atq; cõi hominum utilitati: quoniam si sui cõmodi causa magna & ardua gerit non est appellandus magnanimus: que oia ad cõem utilitatem referre debet nihil uel parum de priuato curans immo uitam paratus effundere pro salute cõi. ℭ Vehementer arduas plenas difficultatis. nam arduum dicitur accessu difficile. Non aũt (inquit Aristo) parua pericula subis magnanimus. nec periculorum est cupidus: propria q; res paucas multi facit magna ardua: difficilia quia in ipsis potest decorũ suum seruare. Magnanimi enim est magna obire ideo magnanimus magna & ardua appetit: ad que non quiuis accedere potest. ℭ Alexander dicebat nihil fortibus indomitũ: nihilq; ipsa natura munitũ timidis totum esse: & seruilis est amare diuitias & ualde regium insudare laboribus. Ardum (inquit Gellius) significat tum difficile: tum molestum quoq; & incõmodum & tractabile. Seneca dicit. Humilis est & inertis tuta secare per alta uirtus est & angustus animus est quem terrena delectant. ℭ Pro uite usu: sustentatione uite: ut habeat ea oia que ad uitam degendam pertinent. Videntur aũt (inquit Aristo.) & prosperitates fortune magnanimitati conducere. Nobis enim & qui in magna potentia sunt uel diuites digni censentur honore. In excellentia namq; consistunt atq; omne bonum quod excellit magis dignũ est honore: & bona extrema laudantur si uirtuti coniuncta sunt. ℭ Causa ut magnanimus honoretur: ergo ipse magnanimus honeste queret ea que sunt ad usum uite: & nihil ei desit ut indigentibus opitulari possit. ℭ Causa multarum rerum quibus cum honeste uiuitur. i. debet magnanimus oia parere que pertinent ad uitam degendam cum decoro. In hac ultima parte est utilitas: sed ea que sunt in priore: ut. s. bona externa despiciantur: & alia que dicta sunt faciunt ipsum magnanimũ. Ideo ait. ℭ Harum rerum duarum appetere res arduas nihil admirari non succũbere fortune non perturbari: & parere ea que pertinent ad usum uite. ℭ Splendor laus & illa amplitudo quam debet habere magnanimus habens summam oium uirtutum. ℭ Amplitudo. res cum sua laude. ℭ In posteriore in secunda parte & re. Circa quam uersatur uir fortis & magnus ut. s. res ardue gerentur multarũ causa rerum que ad uitam pertinent. ℭ Causa aũt & ratio cã huius magnanimitatis & ratio quare ita dicatur est in priore parte ut. s. nihil admiretur nisi honestum & neq; fortune succũbat: neq; perturbationi. ℭ Efficiens qua homines magnanimi dicuntur & fiunt. In priore in contenẽdis rebus fortuitis & pellendis perturbationibus. In eo enim quod positũ est in priore particula. ℭ Excellentes superãtes ois affectus & tela fortune & oia humana. Nam magnanimus circa prosperitatẽ aduersitatemq; fortune quocũq; euenerit moderate sese habebit: neq; in rebus aduersis animum demitet: & neq; in prosperis uehementer letabatur: parui facietq; oia que hominibus accidere possunt uiuens sine aliqua perturbatione nullius rei (nisi ut oportet) cupidus gaudens uirtute qua nihil est melius. ℭ Nam & ea probat id quod dixit: eximia preclara & plena splendoris & laudis. ℭ Parua docere existimare esse paruam ad que nonnulli inflãmati rapiantur ut magistratus: honores laudationes populi diuitie & ea oia que imperitis eximia uidẽtur opus magnanimi est non ire illud (inquit Aristo.) ubi aliis primas occupantes partes & ociosum esse: atq; cunctatorem populum uidemus: sed nisi ubi est magnus honor: uel arduũ opus. F.M. ℭ Stabilis uirtus ut ait Arist. est habitus electiuus in mediocritate consistens quo ad nos rõne terminata & ut sapiens terminaret ratione terminata ad naturale institutũ refertur non enim oẽs natura ita instituti sunt ut que recta sunt intelligant sed si ratio naturaliter affuerit: nihil uitiosum: nihil flagitiosum cõmittetur. ℭ Si contra abfuerit in omne turpitudinis genus labimur ideoq; stabili inquit ad rationẽ referẽs que est quo ad nos firma ad id respiciens quod est: & ut sapiẽs terminaret. Nã sapiens que a natura sunt ea: preceptis determi-

Optare. Expecterẽ. Adulatores serui les sunt. Magnanimũ responsum. Viri fortis pturbatio: Leticia. Libido. Motus. Egritudo. Affect᷒. Virtus: Arduũ. Regium est laborare. Magnanimus oia equo fert animo. F.M. Expositio.



de occulte: q; pro & neq; appellant suis.i. propriis nominibus eas partes corporis: neq; eorum usus quarum partium usus sunt necessarii: q; pro & .i. obscenũ dicere quod non est turpe facere modo.i. dũmodo occulte sup. fiat. Itaq;.i. & ita nec actio illarum rerum aperta .i. si fiat aperte uacat.i. uacua & immunis est petulantia nec obscenitas orationis talium rerũ uacat petulantia. Vero pro sed nec cynici supple philosophi dicti cynici.i. canini a turpitudine uite & mordaci oblectatione aut si qui.i. aliqui stoici fuerunt pene .i. quasi cynici sunt audiendi.i. approbandi qui reprehendunt irridentq; nos dicamus ea flagitiosa uerbis que non sunt turpia re. Autem pro sed quia sup. nos appellemus suis.i. propriis nominibus illa que sunt. turpia supple re. Latrocinari: fraudare: adulterari est turpe sed dicitur non obscene. dare operam liberis.s. generandis est honestum re: obscenum nomine: q; pro & plura disputantur ab eisdem.s. cynicis in eam sentẽtiam contra uerecundiam qua .s. contendunt quod turpe non est palam & fieri & nominare posse Autem pro sed: nos sequamur naturam & fugiamus ab omni quod adhorret ab ipsa comprobatione oculorum & aurium: hoc est ab omni eo quod oculi abhorrent uidere & aures audire. Status: incessus cessio: accubatio: uultus oculi: motus manuum teneant: illud decorum.s. uerecundie. In quibus rebus duo sunt maxime fugienda scilicet ne quid sit effeminatum & molle & ne quid sit rusticum aut durum. Nec uero concedendum est histrionibus.i. actoribus fabularum & mimis. q; pro & oratorib⁹ ut hec.i. huiusmodi motus & gestus corporis sint apta.i. composita his scilicet histrionibus & oratoribus & dissoluta nobis. Quidem.i. certe mos scenicorum.i. agentium fabulas habet tantam uerecundiam ueteris disciplinæ: ut nemo prodeat.i. progrediatur in scena sine subligaculo.i. femorali quo pudenda ligabantur. Enim pro quia ipsi scenici uerentur.i. reformidant: ne si euenerit ut quedam partes corporis pudẽde sint aperiantur.i. nudentur quo.i. aliquo casu: ipse aspiciantur non decore. quidem.i. certe (ponitur tamen quidem sepe quasi ad ornatum sine significationis necessitate) filii puberes non nostro lauentur more.i. iuxta morem romanum cum parentibus in balneis scilicet & quidem.i. certe generi.i. mariti filiarum non lauantur cum soceris.i. cum patribus uxorum suarum. Igitur uerecundia huius.i. huiusmodo generis est retinenda.i. obseruanda presertim ipsa natura supple existente magistra & duce.

PRincipio. Ponit humani corporis compositionem: ut ostendat habendam esse curam pudoris duce natura: & omnem actionẽ nature accõmodari oportune aut enim decorum non seruatur. ℂ Principio primum omnium ℂ Habuisse rationem. considerationem in ipsa compositione corporis. ℂ In promptu aperto: ut ab omnibus cernerentur. ℂ Honesta sine turpitudine aliqua: qua posset spectari ad necessitatẽ quoniam partes illas obscenas: mentulam: anum: uuluam opus est seruire necessitatibus naturalibus. ℂ Abdidit. occultauit abdere est intimis occultare. ℂ Deformem turpem & inhonestum. ℂ Hanc fabricam. diligentem compositionem quoniam ipsa natura subdit rationem architecture. ℂ Verecundia pudor ut id uitet & tegat: quod turpe est duce natura. ℂ Que enim probat quomodo uerecundia imitata est fabricam nature. ℂ Qui sana mente qui non sunt furiosi sanitas animi dicitur: cum eius iudicio opinionesq; concordant: ea animi uirtus est quam temperantiam dicunt esse: alii obtẽperantem tẽperantie preceptis. Insania dr̃ morbus animi. Sapientia uero est sanitas mẽtis eos (inquit alibi) sanos intelligi necesse est: quorũ mens motu quasi morbo perturbata nullo sit: qui contra affecti sunt insanos appellari necesse est. ℂ Remouẽt ab oculis. non patiuntur ab aliis cerni: cũ habeant turpẽ aspectum. ℂ Dantq; operam ut pareant. Student parere necessitati ipsius nature occulte: ut meiere: onus egere uẽtris non propalã sed occulte pp uerecũdiam. Quarũq; partium.i. illi qui sunt sane mẽtis: non appellant propriis noĩbus illas partes quarũ usus nature sunt necessarii. ℂ Neq; usus. qm̃ pudor est dicere furti & similia. Suis noĩbus apertis sine aliquo pudore: qd non fit ab illis qui e natura uiuunt. ℂ Obscenũ turpe & contra hoĩs dignitatem & pudorẽ. ℂ Id q; cum occulte fit non est turpe. necessitas enim nature hoc requirit: sed si in aperto fieret turpissimum esset. ℂ Itaq; concludit hanc partẽ dicens. Apertam actionem dignam esse reprehensione: & ẽt uerborum obscenitatẽ. Petulans dicit' i uerecũdus: lascinus: libidinosus: & qui licẽtius oĩa facit. Vnde Paris apud Ouidiũ. Quoq; magis possem uerbis petulantius uti. Non semel ebrietas est simulata mihi. Obscenitas turpitudo si aliquis profiteat' & predicet se tur-

mini in apto dedit natura: que uero decori ĩ oculto Venusta auctas.

ERAS. Cynici & ueteres stoici nihil dictu putabant obscenũ qd factu turpe ñ eẽt.

ERAS. Gest⁹ neq; mollis neq; rusticus.

ERAS. Exẽplũ uerecundie & a Seneca petitum Exẽplũ romane uerecundie.

☞ Feditas lux⁹ ĩ actib⁹ & gestib⁹ exterioribus seruãda. Cylũ cũ parẽtib⁹ cũ soceris gñri apud ro. ñ lauant' Cõpositio hũani corporis. Abdere. Sanitas animi. Insania. Sapiẽtia

☞ Apta quorundã actio digna rephẽsione Petulãs.

pia cōmisisse. Vnde uirtus apud Xenophontē si uoluptatē taxas cū immortalis sis a diis quidē proiecta es: a bonis uero hoībus ignominia affecta. Nunq̄ (quod auditu dulcissimū est) tuam audisti laudem nec quod suauissimū uisu tuū opus uidisti. Plato in.iiii.ethi.de repu.sic ait. Apparet itaq̧ o adimate quale cuiusq̧ fuerit puerilis educationis initiū: talia fore etiā que sequuntur. ❡ Nec uero reprobat opinionem Cynicorū & sententiam que oīno uerecundie inimica est. Cynica secta dicta est (autore Laertio in uita Anthistenis) a gymnasio: quod Cyno sages appellabatur. Diogenes sinopensis fuit princeps Cynocorū. Sed Anthistenes uidetur fuisse princeps stoice uirilis secte. Cynicus dicitur caninus: qm̄ Cynici erant mordaces: ut canes & alatratores uitiorū. Diogenes Cynicus dicebat uxores cōes esse oportere. Nihil esse iniquū ducens ex tēplo quippiā accipere: aut aliquod gustare animal ne iniustū quidem humanis uesci carnibus: idq̧ ex aliarum gentiū consuetudinibus linquere: atq̧ hec recta ratione in oībus & p omnia dicens & rogatus quidnā faciens canis uocaretur: respōdit quia dantibus aliqd blandior. In eos uero qui nō dant ablatro: malos autē mordeo. Prandēti. Diogeni in platea circūstantes dicebant canis: canis. At ille uos inquit canes estis: qui prandentē circūstetistis. Lactantius lib.iii.sic scribit. Nā quid loquar de Cynicis quibus in propatulo coire cū coniugibus mos fuit: quid mirū si a canibus quoq̧ naturam imitabantur uocabulum nomenq̧ traxerunt. Stoici pene Cynici: qm̄ erant rigidi contēnentes omnia ueteres stoici & a Cynicis nihil fere differebant. ❡ Reprehēdunt. alios philosophos qui habent curā honestatis in ipsis actionibus. ❡ Flagitiosa. obscena & turpia qm̄ dicuntur cum quadā obscenitate uerbo℞. Latrocinari. obsidere uias & peregrinātes opprimere. ❡ Fraudare decipere ac cōmittere adulteriū. ❡ Dicitur non obscene. nemo reprehēdit hec uerba tanq̄ turpia dicebant. Cynici cū rem turpem detestabileq̧ significent. ❡ Liberis dare operā. inire uxorem libero℞ procreandorū causa. ❡ Re. ipso actu. ❡ Nomine cum dicitur. Nos autē dat optimum preceptū: ostendens quid circa talia sit agendum: ut.s. omnia fugiamus que cū uidentur ab aliis nō laudantur: & cū audiuntur turpitudinē habent.i.cauere debemus ne turpia facere uideamur: ne ea loqui debemus que aures alio℞ offendant: nos qui spernimus sectā Cynicam: & Stoicos ueteres pene Cynicos. ❡ Naturā. que nobis imposuit uerecundiā & corpus ita disposuit: ut summā honestatis rationē uideatur habuisse. ❡ Oculo℞ quantum ad factum ipsum qd̄ uidetur. ❡ Aurium. ad uerba obscena.i.uitare debemus ea que aut uisu aut auditu possunt uituperari: ut dum stamus: sedemus: ingredimur: accubamus: seruetur decorū. sint.n. motus corporis nature congruentes: sunt etiā quedā contra naturā. a quib⁹ cauendū est: ne munus natura odisse uideamur. ❡ Teneat illud decorū ne.s. aliquid faciant quod oculos alio℞ offendant. Temporibus nostris hoc solū perditi homines & impuri ex Cynicorū dogmate imitantur ut nullam habeant uerecundie rationē & pudenda ostendunt: & in aliis gloriantur. ❡ Vnū superest: ut palam scortentur & ritu ferarum quo uiuunt in foro turpiter cōmisceantur: qd̄ profecto erit uidere uideor adeo impudentie habenas monstrosi concubitus artifices remiserunt. Vir (inquit phs) uxorē actu uenereo cognoscat plurima cū modestia & pudore. ❡ Quibus in rebus ponit ea que uitāda sunt in his rebus quas dixit. ❡ Effeminatū: muliebre. ❡ Aut molle parū uirile. mollis cum refertur ad animū uituperatur: cum uero ad res inanimatas laudatur: ut molle opus.i.elegās & bene elaboratū cum summa laude opificis. Virgi.in.vi. Excudent alii spirantia mollius era.i.perfectius & elegantius. Mollis homo dicitur parum uirilis. Effeminatū igitur erit quantū ad actionem: molle & animū. ❡ Rusticum parum elegans & minus expolitum. Nec uero histrionibus (inquit Cice.) etiā histrionibus & oratoribus non cōceduntur gestus indecori: quod cum ita sit multominus conceduntur aliis: ut hec que ptinent ad motū corporis. ❡ Sint apta. accōmodent̃ & illis cōueniant. hoc inquit Cice. concedendū nō est: qm̄ queadmodū nobis gestus indecori non cōueniunt & impudentes: sic etiā ipsis histrionibus & oratoribus. ❡ Nobis. q nō sumus actores & scenici. ❡ Dissoluta inepta danda uitio. ❡ Scenico℞ quidē mos probat quare imprudētia & gestus indecori ēt scenicus non cōcedunt̃: ut nobis multominus concedit ostēdat affert ergo morē prodeūdi scena apud antiquos: quo maxima uerecūdie cura ostēditur. ❡ Scenicorū eo℞ q uersantur in scenis & theatris ut pugiles & histriones: mimi palestrite athlete. ❡ Subligaculo: subligaculū erat indumentū ab umbilico usq̧ ad genua quo pudēda tegebantur dicit̃ etiā subligar. Iuue. Et subligar acci. ab olympicis ludis originē habuit (autore Tucydide) qm̄ athlete & pugilles illic certantes primū subligaculo usi sunt. ❡ Veteris discipline antique institutionis. ❡ Non decore cum turpitudine ut offendat oculos spectato℞ & sic explodant̃. Nostro more romano: qm̄ nudare corpora romani a grecis acceperūt: q in gymnasiis pueros exercebāt: ut essent ad bellicos labores & tumultus prōptiores. Gymnasia. ut autor est Pla. lib.v. de repu. in qbus nudi exercerent̃ principio a cretensibus: deinde a lacedemoniis cepta sunt fieri. Thucidides lib.i.sic scribit. Prima lacedemonii corpora nudauerūt certaturi pro palā se exeūtes: oleoq̧ unxerunt cū olim ēt in olympico certamine athlete subligatura circū uerenda habētes pugnarent. Romani aūt instituerūt: ut filii nō lauarent̃ in pubertate cū parentib⁹ nec generi cū soceris. Ennius dicebat. Flagitii principiū esse nudare inter ciues corpora: q ut sint secuti fieri posse uideo pudici: solliciti tn̄ & anxii sunt: & eo magis q̧ si seipsi cōtinent & coercēt. Plu. in uita Cato senioris dicit. Generos cū soceris balneū uitio dabant: qm̄ membro℞ nudatiōe in spectātib⁹ illis cū decore fieri nō posse iudicarēt. Post ea cū a grecis romani nudare corpora didicissent: ipsi grecos: ut id cū uxoribus usurparent in balneis docuerūt. Apud lacedemonios maximā pudoris curā habebāt uiri & uxores: nō.n. cōmiscebant̃ nisi noctu amoto lumine: ut autor est Plu. In hac nostra tempo℞ cōfusione: proth pudor non solū teste lucerna: sed ēt admotis arbitris miscent̃: & filii qui nascunt̃ nihil aliud sapiunt q̄ impudentiā. Cato senior p̄sente filio nō aliter uerborū turpitudine abstinuit q̄ si uirgo uestalis affuisset: & cū eo nūq̄ lauit: & ideo optimus adoleuit tā sancta disciplina istitutus ante patrē mortuus est: cuius mortē deplorat apud Cice. quo inquit nemo melior natus est: gener fuit Pauli Emilii filiā qppe illi⁹ noīe tertiā duxit uxorē. Plato in.vi. de legi. dicit corpora esse nudāda quatenus honestus patit̃ pudor duo (inquit.i.in primo de legi.) uictoriā parant. aduersus hostes eandē animositas aduersus aūt amicos turpis infamie timor: quapropter inqt & maxime debemus cōfidere: & maxime timere. Pli. uolu.xxxvi.sic ait. Pudor romani noīs sepe res perditas seruauit in preliis. ❡ Filii puberes. post.xiii. annum impuberes autē lauabantur: qm̄ non cognoscebant qd̄ esset turpitudo: debemus igitur retinere uerecundiā in his rebus nec imitādi sunt Cynici uerecūdie inimici: maxime cū ipsa natura ita uelit: cui oīa officia ita coniuncta esse debent: nihil.n. decet qd̄ est contra naturā. Vnde dicit Sen. Virtus scd̄m naturam est. Vitia inimica & infesta sunt.

Virt⁹ ad uoluptatem sic.

Cynica secta.

Cynic⁹.

Diogenes.

Cum canis dicebat͛ dioge.

Optimū p̄ceptū.

Motus corporis nature cōgruūt.

Vide & caue turpitudinem.

Tēpora nostra notat.

Modus cognoscēdi uxorem.

Mollis summe est uocabulum.

Mollis homo.

Effeminatū & mollo differūt.

Subligaculum.

Subligar.

Gymnasium.

Lacedemonii magni pudoris.

Duo uictoriam parant.

Virtus secundū naturā est.

83

ASCE. Ordo.

C Vm autē &c. Distinguit duo genera pulchritudinis uirilis.s.& muliebris ut utriusq; decorū explicet. Ordo est. Autem pro sed: cū duo genera pulchritudinis sint in quorū altero uenustas sit: in altero dignitas nos debemus dicere.i.reputare uenustatē muliebrē sup. esse dignitatē uirilē. Ergo oīs ornatus nō dignus uiro: remoueat̃ uiro a forma & uitiū. simile huic q̄d.s.est in ornatu uitioso caueat̃ in gestu & motu sup. uiri. Nā & motus palestrici.i.palestritaꝝ. hoc est eorū qui in palestris currendo: luctando & saltando se exercent: sint interdum odiosiores.i.aliquantulū molesti & tedium mouentes. Et nōnulli.i.quidam gestus histrionū non uacant ineptis & hoc est: attamen ea que sunt recta & simplicia sine nimia curiositate decenter facta laudantur in utroq; genere. tam palestrico q̄ histrionico: Autem pro sed: dignitas.i. maiestas & reuerentia ac honestas forme est: tuenda.i.protegenda & conseruāda bonitate coloris.i.per bonum colorem: color sup. tuendus & conseruandus est exercitationibus corporis. Preterea.i.insuper mundicia non odiosa .i.fastidium pariēs neq; nimis exquisita: q; pro &: & que sup. fugiat agrestem.i. rusticanam & inhumanam.i.farinam negligentiam est adhibenda sup. ad formam. Eadē ratio.i.consideratio uestitus est habenda in quo.s.uestitu mediocritas est optima: sicut in plerisq; rebꝰ. Aūt pro sed cauendū est ne utamur tardietatibus .i.lentitudinibus mollioribus.i.aliquantulum mollibus: & lasciuis ingressu.i.dū ingredimur: ut nos uideamur similes esse ferculis pomparum.i.donis comestibilibꝰ que feruntur lento incessu & moroso gestu in pompis nuptiarum magnarum & in epulo funebri interdum. Aut sup. cauendū est. Ne suscipiamus nimias celebritates infestationibus.i.dū festinamus. Quæ s.celeres festinationes quū.i.quando fiunt: tūc sup. anhelitus mouētur.i.crebro excitant̃ uultus.i.dispositiones faciei mutant̃ ora torquentur.i.rectū & obliquitatem cōtrahunt ex q̄bus s.corporis dispositionibus magna significatio fit cōstantiā nō adesse.i.q; cōstantia non adest cui talia insunt. Sed elaborandū est etiā multo magis: ne motus.i.affectiones animi recedant a natura.i.a naturali tranq̄llitate. Quod.i.quā rem nos assequemur.i.obtinebimus si cauebibus ne incidamus in pturbationes atq; exaīationes.i.uehemētes cōmotiones ex metu subsequētes q̄ pauorē cōcomitatur. & sic tenebimus aīos attētos ad cōseruationē decori.i.honestatis dicētis. Aūt pro sed. motus aīoꝝ sunt duplices alteri sup. sunt cogitationis alteri appetitꝰ. Cogitatio uersat̃.i.consistit: & excitat̃ maxime in exq̄rēdo. uero.i.in exq̄sitione ueri seu ueritatis appetitus īpellit ad agendū. Igit̃ curandū est sup. nobis ut utamur cogitatione: ad optimas res & sup. ut prebeamus appetitum parentum.i.obedientem rationi.

Vt ualeas dignus cum sit femella uenustas
Esse docet gressu quis uideare tuo.

☞ Venustatem in mulieris pulchritudine dignitatem uero in hominis gestu exteriore & interiore ponens qualem maxime gressu quisq; se prebeat ostendit.

CVm autē pulchritudinis duo genera sint quorum in altero uenustas sit in altero dignitas uenustatem muliebrē ducere debemus dignitatem uirilem. Ergo & a forma remoueatur uiro omnis nō dignus ornatus & huic simile uitiū in gestu motuq; caueat̃. Nā & palestrici motus sepe sunt odiosiores & histrionū nōnulli gestus ineptiis non uacant: & utroq; genere quæ sunt recta simplicia laudantur. Forme aūt dignitas coloris bōitate tuēda ē color exercitatiōibus corporis Adhibenda est p̄terea mundicia: nō odiosa neq; exquisita nimis: tantumq; fugiat aggrestem & inhumanā negligentiam Eadem ratio est habēda uestitus In quo sicut in plerisq; rebus mediocritas optima est. Cauendū est aūt ne aut tarditatibus utamur ingressu molioribus ut similes pomparū ferculis eē uideamur. aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates Quæ cū fiunt anhelitus mouentur uultus mutantur. Ora torquentur ex quibus magna significatio fit non adesse constantiam. Sed multo etiā magis elaborandū est ne animi motus a natura recedāt. Q̄d assequemur si cauebimus ne in pturbationes atq; examinationes incidamus & si attentos animos ad decori conseruationē tenebimus. Motus autem animorum duplices sunt alteri cogitationes alteri appetitus. Cogitatio in uero exquirēdo maxime uersat̃ Appetitus impellit ad agēdum. Curandum est igitur ut cogitatione ad res q̄ optimas utamur. Appetitū rationi obedientē prebeamus.

C Vm autem pulchritudinis. Tria proposuit. ex quibꝰ decorū illud constat formositatem ordinē & ornatum. postq̄ de uerecundia disseruit: resumit primā partē. & de ipsa precipit faciens duo genera pulchritudinis. Venustas ut dixi est ille decor ut gratia in mulieribus que inducit homines ad amandum. ¶ Dignitas est pulchritudo uiri uenustas mulieris: & uenustas accipitur in homine tanq̄ condimentum dignitatis. & decorū uiri est honestas: & dicitur etiam decora dignitas. ¶ Ducere existimare. dignitas est hominis pulchritudo: & id quod inducimur ut eum reuereamur: uenustas est forma muliebris cum gratia. ¶ Omnis ornatus. omnis expolitio cutis & fucus quo mulieres utuntur: & calmistrio: ut sint uenustiores hec cōia debent esse aliena a uiro. Vnde dicit Ouidiꝰ. Sint procul a nobis iuuenes: ut femina compti. Fine coli modico forma uirilis amat. ¶ Non dignus uiro qui uiro non conuenit: sed mulieri q̄m ait Fabius. mollis ornatus expolitio cutis uirum nō ornat: sed eius mentem iudicat. Vnde Thales philosophus dicebat non componere faciem sed bonarum artium studiis animum excolere preclarum est. Et Iuue. probo dedit Othoni q; curaret cutem. Seneca dicit. Non est ornamentum uirile concinnitas. ¶ Et

ERAS. Dignitas uirorum: uenustas mulierū Qui gestus i homine seruandi. Plene illorū meminit. Cū in li. i. de oratore.

ERAS. Argumētū a minore.

ERAS. Forure & uestibus mūdicies.

ERAS. Mundicies media inter elegātiā uiciosā & aggrestem negligētiā. Incessus moderatio.

ERAS. Pōparū ex quibꝰ sacra & simulachra lentissimo incessu circūferuntur.

ERAS. Cogitatio appetitus.

MARS. Venustas. Dignitas.

huic non digno.s.ornatu.i.non solū debemus effugere mollē ornatū:sed etiā gestū & motū corporis indecorum & parum uirilē. ¶ Nam palestrici motus.Probat ex gestibus & motibus indecoris histrionū:q̄ sit turpe hoiem molliter & parū uiriliter uti gestu & motu. ¶ Palestrici quibus utuntur palestrite.i.luctatores:qui nudi & oleo quodā perfusi luctabant̄.unde papinius appellauit unctā palem.i.palestrē oleo perfusam.Cum enim in.v.Thebaidos loquitur de uariis exercitationibus Thidei dicit.Sed corde labores ante alios erat uncta pales.Gestus est actio quedam & quasi pronūciatio corporis gestio & administratio & actio:sed parum est in usu. ¶ Odiosiores: mouētes tedium & fastidiū spectatoribus cum sint nimium molles.& affectati. Histriones dicuntur ludiones & hi qui recitāt comedias & tragedias & personas aliorū referunt.Nō uacant ineptiis:nō ꝓbantur a spectatoribus tanq̄ molles & inepti.i. non cōuenientes ꝑsonas quas sustinent.In utroq; genere i palestricis motibus & gestu histrionū recta cū decoro. ¶ Simplicia.pura ut decet sine aliqua admixtione affectate mollíciei. ¶ Forme aūt dignitas ꝑcipit qūo conseruanda sit forme dignitas.Tuenda:seruanda.Coloris natiui.s.non fucati & medicaminibus comparati. ¶ Preterea ultra hec que dicta sunt. ¶ Mundicia ornatus quidem decoris.Non odiosa que non facit aliis fastidium. ¶ Mundus est ornatus muliebris antiquos etiam neutro genere ꝓferebat̄.unde Lucillius.Legauit quidam uxori mundū omne penumq;. Neq; exquisita:nimis affectata & accusata.Tantū solū modo efficiat ne uideat̄ aggrestis & negligens. ¶ Agrestem rusticanā. ¶ Inhumanam.ab homine alienam.qm̄ sua negligētia turpem esse & squalibum reprehēditur. ¶ Eadem ratio nunc precipit de uestitu.i.eadē consideratio.que.s.habetur ad tuendam dignitatē & colorem in uestitu etiam mediocritatem seruare debemus:que in oībus rebus laudatur:pleris q; maiori parte rerum est laudabilis. Cauendū est autē.Nunc dat precepta & cautiones de ipso incessu. ¶ Molioribus:effeminatis & parum uirilibus.Qualis debeat esse incessus magnanimi uiri:ut dictū est supra ex sententia Aristo. ¶ Ferculis pomparū:pompa dicitur a pōpo uerbo greco:quod est mitto latine. ¶ Ferculū est illud:quod continet id quod mittitur:& dicitur a ferendo:dum fercula dicuntur illa que in triūphis preferuntur & solēnitatibus sacrorū.in quibus uasa circūferuntur molliter & quadam scientia.Non enim in illis properatur.Pompa est spectaculū in rebus prosperis:& etiā aduersis:ut in triūpho & funere:quasi quidam solēnis apparatus & ostentatio. ¶ Spectaculū est illud:quod spectatur & ipsa etiā spectatio. ¶ Similes ferculis:his qui molliter & segniter circūferuntur in pompis non debemus uti nimia tarditate & molli: nec nimia celeritate sed tenere mediū.ne aut molles aut incōstātes & anheli Anxiiq; uideamur. ¶ Que celeritas.nā homo grauis habet tardū incessum:ut uideat̄ constans.Non.n.properat ille(inquit Aristo.)cui nil magnū uidetur. ¶ Sed multo etiā magis.qm̄ cum mouetur animus mouetur & uultus qui animum iudicat.Motus animi duplices sunt. ¶ Natura duce bonum appetimus fugimusq; cōtrariū cū appetimus constanter & prudēter uoluntatē habemus que in solo sapiētie cadit.Libido que incitata est uehemētius in stultis inuenitur.Et natura duce magna declinamus:que declinatio si cū rōne sit cautio appellat̄:que aūt sine rōne & cū examinatione humili atq; fracta noiatur metus qui est a rōne aduersa cautio. ¶ Quod assequemur:ut animi motus non recedant a natura.Examinatio est metus subsequēs & quasi comes pauoris. ¶ Ad decoris conseruationē qm̄ non decet hoiem perturbari:sed ratione uti & putari oia humana esse inferiora:& nihil dicere q̄d sit contra naturā.Motus aūt animorū.Diuidit motus animorum in duas partes appetitū & cogitationem.Cogitare igitur honesta debemus & appetere ut decoꝝ seruetur. ¶ Ad res q̄ optimas.coniunctas uirtuti atq; cogitatione dignas ut appetitus obediat rationi.i.ut id quod appetat: quod est secundū naturam.Plato in.iiii.de repub.sic ait.temperantem aliquē appellamus cum in eo id quod presidet:& id quod subest in sententiā eandem conueniunt rationē.s.imperare dicere neq; ab illa desistendū esse:fortem illum uocamus in quo iracundie uigor ita institutus est:ut in mediis uoluptatibus & odoribus in sententia sua persistat:non aliter esse de terribili & non terribili iudicandum q̄ ratio ipsa dictauerit.

Palestrite. Gestus. Gestio. Histriones. Mūdus neutri generis. Pompa. Ferculū. Spectaculum. Cautio. Metus. Examinatio. Fortis quid sit.

ET quoniā &c.descripturus decorum sermonis ostendit duplicē esse orationis uim & in quibus utraq; fuerit.Ordo est.& quoniā magna uis est orationis:q; pro & ea.s.uis orationis est duplex.altera sup.est cōtentionis.i.controuersie & litis:altera sermonis.i.familiaris collocutionis. Contentionis tribuatur disceptationibus iudiciorū & disceptationibus contentionū.i.orationum ad multitudinē aliquā diligenter attentam & senatus.i.orationū ad senatum sermo.i.familiaris & humilis collocutio uersetur in circulis.i.coronis in circuitu stantium dum cōfabulantur in disputationibus in congressionibus familiarū.i.collocutionibus in cōgressu & persequatur.s.sermo etiā cōuiuia.i.utantur etiā in conuiuiis familiari sermone. Multa sunt precepta rhetorū.i.oratoriā discentium cōtentionis.i.de cōtentione & nulla sup. sunt apud eos precepta sermonis q̄q̄ haud.i. nō scio an hec quoq;.i.etiā precepta de sermone faciendo possunt esse.Sed magistri inueniuntur studii.i.ad studiū discentium.i.eorū qui dicendi artem percipere uolunt.Alii legunt discentium.i.dicendi:hoc est ornate loqui uolentium:aūt pro sed nulli sunt qui studeant.i.diligentiam & operā impendere uelint huic.s.familiari sermoni.Omnia.s.loca referta.i.repleta sunt rhetorum.i.artem dicendi & cōtentionis docentium q̄q̄ eadem precepta que sunt uerborum & sententiarū pertinebūt ad sermonē. Sed cum nos habeamus uocē indicem.i.nunciam & significatricem orationis.i.rationis di-

ASCE. Ordo.

Ne tibi lingua loquax dentis oppressa ueneno,
Sit iubet ut suam clara lepore nitens.

Orationis in contentionem seu patrocinationem & sermonem facta petitione qualis cuiusq; sit sermo describit.

ET quoniam magna uis orationis est eaq; duplex:altera contētionis:altera sermonis. Contentio disceptationibus tribuatur iudiciorum contionum senatus.Sermo in circulis disputationibus congressionibus familiarum uersetur persequatur ēt conuiuia.Contentionis precepta rhetorū sunt ita nulla sermonis q̄q̄ haud scio an possunt hec quoq; eē.Sed discentiū studii inueniuntur magistri:Huic autem qui studeāt sunt illi rhetoꝝ turba referta oino q̄q̄ qui uer-

Patrocinatoris officiū.

ERAS. Ea nemo decet que nulli cupiunt dicere.

borū sententiarūq; pcepta sunt eadē ad sermonē ptinebunt: sed cū oratiōis indicē uocē habemus. in uoce aūt duo sequamur ut clara sit ut suauis utrūq; oīno a natura petēdū est uerū alterū exercitatio augebit: alterum imitatio psse loquentiū & leniter nihil aliud fuit in catulis ut eos exquisito iudicio putares uti litterarū q̄q̄ erāt litterati sed & alii. Hi aūt optime uti lingua latina putabātur sonus erat dulcis littere neq; expresse neq; oppresse ne aut obscurū eēt aut nimis putidū sine cōtentiōe uox nec langués nec canora. Vberior oratio. L. Crassi nec minus faceta sed bene loquendi de Catulis opinio nō minor sale uero cōditus & facetiis Cesar Catuli fratris pater uicit oēs. ut in ipso illo forensi genere dicēdi cōtentiones aliorum sermōe uinceret. In oībus igitur his elaborandū est si oībus qd deceat exquirimus.

Duo in uoce requisita.

rendi. Aūt pro sed cum sup. sequamur duo in uoce: sed ut sit clara. i. sonora: & non impedita & sup. ut sit suauis utrūq; est petendū a natura. i. debet habere principiū a natura: uerū. i. sed exercitatio augebit alterū. s. claritatē & imitatio loquētiū presse & leniter sup. augebit alterū. s. suauitatē uocis. Nil aliud. s. q̄ imitatio bene loquentiū fuit in catulis: patre. s. & filio q suauiter locuti sunt ut. i. ppter qd putares eos uti exquisito iudicio litterarū. i. scientiarum rhetoricarum: q̄q̄. i. tametsi erant litterati: sed &. i. etiā alii sup. erāt litterati ut illi: sed non tam suaues: qa non sunt leniter & psse loquētes imitati: ut catuli. Aūt pro sed hi. s. Catuli putabantur optime uti lingua latina sonus sup. eorum erat dulcis littere. i. pnunciationes singularū litterarū neq; erāt sup. expresse. i. nimis sonore quasi cum stridore emisse: neq; oppresse. i. quasi suffocate ut nō recte pciperent. Ne. s. genus dicēdi esset obscurū per oppressionē: aut putidū. i. fastidiosum nimis quasi putés sicut res fetida dū exprimitur & mouet magis putet q̄ oppressa (nescio an dixerit autor putidū nimis. i. hiatū excitās qd si alibi lectū esset facile dixerim) ut uox sup. eorum erat: nec langués. i. oppresse & tepide pbata: nec canora. i. sine stridula: sine cōtentione. i. conatu uehemēti. Oratio Lucii Crassi erat sup. uberior. i. abundātior nec minus faceta q̄ sup. Catulorū sed opinio. i. estimatio bn̄ loquēdi nō minor erat de catulis. Vero pro sed Cesar orator. s. pater Catuli fratris existens cōditus sale. i. urbanitate & facetiis: uicit. i. superauit oēs ita sup. ut uinceret sermone. s. quotidiano & familiari cōtentiones. i. conatus aliorum. s. oratorū dicēdi. i. orandi in illo ipso genere forensi in quo edocti & eruditi erāt. Igitr elaborandū est in oībus his si nos exquirimus in oībus qd deceat.

MARS. De oratione & sermōe. Cōtētiō. Amplificatio.



T qm̄ magna uis. Nūc pcepit de oratione & sermone quo uti debem9 ut decet. ¶ Vis natura & potētia. Eaq; uis. s. diuidit oratione in duas partes: cōtentionē & sermonē ut ostēdat aliqn̄ utēdū esse cōtentione: aliqn̄ sermone. Nā in cōtentionib9: in senatu: in iudiciis: uocis cōtētione uti debemus. i. sonora alta: & ad mouēdos auditores accōmodata: de qua rhetores pcipiūt: Nā secūdū subiectā materiā debem9 intēdere uocē & remittere. ¶ Cōtentio est oratio acris ad cōfirmādū aut cōfutandū apta. Tūc. n. debem9 uti cōtētione uocis & uires eloquii effundere: ut id pbemus qd intendimus. Vnde dicit in oratione pro. Qu. Ligario. Et q̄ maxima potero uoce cōtendā sic: ut audiat populus roma. Amplificatio est ea pars orōnis: que mouet auditores ad effect9: qua qui scit uti: uehemēs est orator. Cōtentio igitur pmittēda est oratoribus in genere iudiciali deliberatiuo & demonstratiuo. ¶ Disceptationibus. cōtentionibus & cōtrouersiis oratorū. ¶ Iudiciorum causarū in genere iudiciali. Cōtentionū in genere demōstratiuo ad populū cū quis laudatur aut uituperatr. Senatus: causarum quas tractāt in senatu in genere deliberatiuo. ¶ Sermo q est demissus & serpit humilis. n. oratio quotidiane locutioni accōmodata: debet adhiberi in cōgressionibus. i. cōfabulationibus amicorum & cōuiuiis: Rhetores pcipiunt de contentione & qua actione utendū sit: quō aūt debemus uti sermone. non precipiunt potuissent tn̄ & de sermone precipere ut eo. s. scdm tēporis cōditionē utamur: & ut decet cū illis loquamur: quibus cōgredimur. ¶ In circulis. corona hominū cōfabulantiū de aliqua re honesta. ¶ Cōgressionibus collocutionibus amicorum inter se. Precepta cōtentionis. precipiūt rhetores quō & qn̄ debeamus uti cōtentione sed nō precipiunt quō utatur sermone. ¶ Hec quo pcepta sermonis quéadmodum cōtentionis. ¶ Dicunt rhetotes. Quot sunt partes orōnis: que utimur in causis forēsibus suasoriis & demōstratiuis. Sunt. n. tres partes: magnitudo: mollitudo & formido: & dicunt quō debemus cōtentione uti. de sermone quotidiano nihil dicunt. ¶ Dicentiū eorū qui dicendi artē percipere cupiunt. Huic sermoni. qm̄ essent res quasi infinita, psequi pcepta de sermone quotidiano. Sed hoc ipsi prudētie: que uidet id qd decet: & modū oībus imponit relinquendum est: ut. s. quisq; utatur eo sermone qui cōueniat rei de qua sermo habetr personis audiētibus. tēpori: & loquenti: ceterisq; circūstantiis. hoc idē inquit Cice. accidit: qm̄ fuerunt & sunt qui pcepta eloquētie pcipere uoluerūt a magistris: sed nō inuenti sunt qui uellēt discere quō quotidiano uti debeāt. pcepta sermonis humane uite plurimū cōduxerant & ad bonos uiros formādos. Multa. n. dicuntr que aliis nocēt: & sunt contra naturā boni uiri. unde dicebat Cleobolus. Linguā habere laudabilé: ppriū esse uirtutis. Et anacharsis scyta interrogatus quidnā esset in hoībus bonum ac malū: respondit lingua. Illa. n. bene & male utimur. Vnde cōsiderandū est anteq̄ loquamur: qm̄ uerbū emissum reuocari non pōt: & necat ut gladius. Eo igitur sermone utamur q memini noceat: & aptus sit tēpori: rei: & psone. Xeno dicebat philosopho dignū minime esse id uerbū qd nō fuisset prius mente & cogitatione intinctū. ¶ Verborū sententiarūq; hec pcipiunt rhetores quō. s. oratio debeat ornari & distingui uerbis hec sentētiis: & possunt etiā pertinere ad sermonē: in quo nō debēt esse uerba rustica & sentētias habere debet tēpori & psone aptas. ¶ Ergo in preceptis rhetorū: in arte dicendi possumns elicere sermonis rōnem: uita loqui ut decet & ut circūstantie requirunt. ¶ Sed cū orationis. precipit nūc qualis debet esse uox clara. s. & suauis. & ideo Ennius laudās Ceterum dicit esse ore suaui loquēti. nā qui uocē habet rigidā potius latrare q̄ loq uidetr. ¶ Indicē. nunciā: qm̄ uoce censa exprimimus & motus animi. ¶ Vtrūq;. ut clara sit & suauis. natura. n. ad hoc plurimū cōfert. postea industria. ¶ Alterum. ut clara sit assequemur: si nos exercebimus in loquēdo legēdo pnunciando. hoc modo si uox clara & sonora: antiqui habebāt philosophos. i. uocis magistros: & utebantr cibis uocis accōmodatis. Et Demosthenes adhibita exercitatione uocis

Humilis sermo quotidiana locutio. Trespartes orationis.

Cleoboli dictū. Lingua bonū & malum.

Premeditate loquendū esse. Suadet enim.

Flacch9 nam nescit uox missa reuerti.

defectū emendauit: demissis in os aliqn̄ lapillis. Excitatio. potissimum in declamationibus. Et Fabius monet exercendam esse uocē quotidiana declamatione. Alterū. ut sit suauis assequemur si illos imitabimur: qui presse. i. submisse loquuntur leniter & cōuenienter quotidiano sermoni pressum minus subtile: inquit Cice. in hortensio: quis te aut est aut fuit unq̄ in pariendis rebus definiendis & explicandis pressior. ℂ Nihil aliud nisi suauitas uocis & claritas hoc autē erant adepti exercitatione & imitatione. ℂ In catulis. patre & filio de quib9 dictū est. ℂ Exquisito. accurato & optimo iudicio de lingua latina uidebant' (inquit) optime iudicare de litteris cū ita loqueretur & cōmendabant' suauitate uocis cū non essent admodū eruditi: q̄q̄ erāt litterati. i. calebant grāmaticē & scientiā recte loquēdi in rhetoricis scrib. idē Cice. studiū est animi assidua & uehemēs ad aliquā rē applicata magna cū uoluptate occupatio: ut philosophie poetice geometrie: litterarū. ℂ Sed & alii erant. s. litterati: tn̄ non putabat' uti exquisito iudicio litterarū cū nō haberent illā suauitatē. ℂ Hi aūt catuli. pater & fili9. ℂ Optime. uti lingua latina latine loq & elegantiā lingue optime tenere. Neq; expresse: qa nō adeo exprimebā litteras: ut asperū sonum redderent: neq; exprimebāt intra labia: ut difficile esset ītelligere. & sic turpis redderet' oratio: tenebant igitur mediū. ℂ Ne aut obscurū esset: si litteras oppressissent. ℂ Aut putidū. non gratū sed mouēs fastidiū: si litteras nimiū expressissent. ℂ Sine cōtentione conatu & uehementi concitatione. ℂ Nec languēs. remissa & debilis nec nimis canora. ℂ Vberior oratio. oratio inqt. L. Crassi erat copiosior oratione catulorū sed nō minor opinio erat de catulis q bene loquerent' q̄ de Crasso qui suo tēpore summus orator fuit. Hic est ille. L. q in oratoriis libris disputat de arte dicēdi: & pfectū oratorē instituit. M. uero Antonius mediocrē. ℂ Bene loquēdi. q bn̄ uterētur lingua latina. ℂ Sale facetiis & ioco. Pli. ait lib. xxxi. Animi quoq; sola tia sales appellant'. omnisq; uite lepos & summa hilaritas: laborūq; requies nō alio magis uocabulo cōstat honoribus etiā militieq; interponit' salariis īde dictis. ℂ Conditus ornatus & sapidus. ℂ Cesar q disputat in oratoriis libris de quo supra. Cesar. L. filius. In quo forēsi genere iudiciali in causis que foro agebant'. ℂ Sermone oratione sua sine cōtentione que multū salis & leporis habebat: eratq; tanq̄ sermo quotidianus. hoc adeo placebat populo ut ipsius iudicio Cesaris sermo superaret cōtentiones aliorū. i. orationes acres & ad cōfirmandū confutandūq; cōparatas. nō enim utebat' Cesar in causis forensibus contensione sed sermone: qm̄ uidebat' confabulari non orare causas que dicēdi contentionē requirunt. ℂ In oibus igitur: concludit hanc patrem de uoce docēs quid sit agendū si uolumus seruare decorū. ℂ Si postq̄ in omni re querimus ipsum decorū in omnibus elaborandū est ut decorum seruetur.

Studiū. Mediū ī orone tenendū. L. Crassus summus orator. M. Antoni9 mediocris. Sales. Salariū: a salibus dicitur. Cesar cō fabulari uidebat' nō orare.

Si seriis fuerit mixtus seuere loqueris
Iocundus niteat sermo lepore tuus.

☞ Loquens de rebus que usui sunt seueritatem pre se ferat: de iocosis uero sermoné faciens in omnibus obseruet leporem.

SIt igit' hic sermo (in quo Socratici maxime uigēt) lenis minimeq; ptinax: insit iō lepos. Nec uero tanq̄ in possessionē suā uenerit excludat alios. Sed cū aliquis in rebus tū in sermone cōmuni uicissitudine nōnunq̄ utendū putet. At uideat imprimis qbus de rebus loquat': si seriis seueritatem adhibeat si iocosis leporē. Imprimis prouideat. ne sermo uitiū aliqd indicet inesse moribus. Qd maxime tū solet euenire cū studiose de absentibus detrahēdi cā. aut p ridiculū aut seuere maledicte cōtumelioseq; dicit'. Habent' aūt plerūq; sermōes aut de domesticis negociis. aut de rep. aut de artiū studii & doctrina. Dāda igit' opera est ut si ēt aberrare ad alia cepit ad hec reuocetur oratio. Sed ut cūq; aderūt res (neq; enim iisdē de rebus nec in omni tēpore: nec similiter delectamur) animaduertendū est ēt quatenus sermo delectationē habeat & ut incipiendi ratio fuerit ita sit desinēdi modus sed qm̄ in oī uita rectissime ꝑcipit' ut pturbationes fugiamus. i. motus animi nimios rationi nō obtēperantes. sic eiusmodi motibus sermo debet uacare ne aut ira existat aut cupiditas aliqua aut pigritia: aut ignauia aut qd tale appareat. Maxieq; curadū est ut eos qbus cū sermonē cōferemus & uereri & diligēter uideamur. Obiurgatiōes

SI igitur &c. Docet qualis sit sermo & q̄uo sit utendū eo. Ordo est igitur qa s. in oibus decorū seruandū est. Hic. i. huiusmodi sermo familiaris (in quo socratici. i. Socratis imitatores maxime uigent) sit lenis. i. non asper & minime ptinax. i. flexibilis ab opinione: ut nihil aliis cōcedat uel nimis ptinaci & cōtinuato spiritu ꝓbatus: lepos. i. uenustas & urbanitas quedā dicenti insit in eo uero pro sed: nec sup. sermo noster excludat alios. i. priuet alios facultate loquēdi tanq̄ uenerit in possessionem suā. Vnde excludere. s. quēlibet possemus: sed putet sup. qui loquet' utendū esse: nō nunq̄. i. interdū uicissitudine cū. s. ita sit q in reliquis rebus. tum. i. maxime in sermone cōi loquenti. s. & respondēti. s. nā in concionibus & predicationibus medius sermo est: qa un9 tm̄ loquit'. At. i. sed uideat. i. consideret in primis. i. primū oium de quibus rebus loquatur si sup. de seriis. i. seriosis adhibeat sup. sermoni suo seueritatē. si sup. de iocosis loqtur adhibeat leporē. i. facetias & sales & prouideat. i. prospiciat in primis ne sermo indicet. i. denotet aliquod uitiū inesse moribus. Quod. s. iudicare uitium esse in moribus solet euenire maxime: tum. i. tunc: cū. i. qm̄ dicitur studiose. i. diligēter de absentibus causa detrahēdi: aut per ridiculū: aut seuere: aut maledice: aut cōtumeliose. i. uitupe riose. i. quouis modo diffamādo. Aūt pro sed sermones habentur plerunq;: aut de negociis domesticis: aut de repu. aut de studiis & doctrina artiū igitur opera danda est. i. diligētia est adhibēda: ut si ratio. i. sermo ineptus inceperit ab errare. ad alia sup. negocia ut ad delectationes: detractiones aut lasciuiā reuocetur ad hec s. iam dicta. Sed animaduertendū est etiā quatenus. i. usq; ad quā mensurā sermo habeat. i. habere debeat delectationē & ut modus dēsinendi. i. finiendi: sit ita. i. talis ut. i. qualis ratio

ASCE. Ordo. ERAS. Ne acerbus ne ptinax. Ne īmodicus. Vt rebus accōmodus. ERAS. Vt honestis de reb9 ne uag9 & inequalis. In seriis seueritas ī iocis lepos seruādus. ERAS. Nec concitatior. ERAS. Obiurgatio q̄tenus adhibēda.

ét nonnunq̄ incidunt necessarie. In quibus utendū est fortasse & uocis contentione maiore & uerborū grauitate acriore. Ita agendū etiā est. ut ne ea facere uideamur irati sed ut ad urendū & secandū sic ad hoc genus castigādi raro inuitiq; ueniemus. Nec unq̄ nisi necessaria si nulla reperietur alia medicina. Sed tñ ira ꝓcul absit cū qua nihil recte fieri nihil cōsiderate pōt. Magna aūt ꝑte clemēti castigatiōe licet uti grauitate tñ adiūcta ut seueritas adhibetur & cōtumelia repellat᷑. Atq; etiā illud ipsum qd acerbitas habet obiurgatio. significādū est ipsius cā qui obiurgetur susceptū eē. Rectū ē aūt ēt in illis cōtētionibus q̄ cū inimicissimis fiunt ēt si nobis indigna audiamus tñ grauitatē retinere. iracūdiam repellere: Que.n. cū aliqua perturbatione fiūt neq; ea constāter fieri possunt. nec ab his que adsunt approbari. Deforme ēt est de seipso predicare falso ꝑsertim & cū irrisiōe audientium imitari militē gloriosum.

ERAS. Nec tam quidē referendū maledictū quū male audierimꝰ. De obiurgationibꝰ necessariis.

ERAS. Indecora iactantia trasonica.

MARS. De sermone quotidiano.

Socra. disputationū princeps: & ideo anahomice dicit᷑ sermo secularis ipsa disputaio.

Indicar. Detractio res est importunissima.

Magnanimꝰ nō detrahit.

Quatenꝰ & q̄tinꝰ differunt.

Mediū tenēdū.

incipiendi fuerit utcūq;.i.qualitercūq; res aderunt quod dicit: enim pro qa: neq; delectamur semp de iisdem rebus nec similiter: nec in omni tēpore: sed qm̄ rectissime precipit᷑ ut fugiamus in omni uita pturbationes.i.nimios motus animi non obtēperantes rationi sic sermo debet uacare eiusmodi motibus ne aut ira existat: aut cupiditas aliqua: aut pigritia: aut ignauia: aut quid.i.aliqd tale appareat: q; pro & curandū est maxie ut uideamur uereri.i.reuereri & diligere eos quibuscū.i.cū quibus cōferemꝰ sermonē id colloquemur obiurgationes.i.correptiones incidūt nōnunq̄.i.aliqn̄ etiā necessarie. In quibus.s.obiurgationibus & increpationibus utendū est fortasse: maiore contentione uocis & acriore grauitate uerborꝝ: id.s.officiū obiurgandi est ēt agendū itaq; sup. ut ne.i.nō uideamur irati agere ea.s.uerba sed ut.i.quēadmodū nos sup. uenimꝰ raro & inuicti ad urendum & secādū.s.memoria insana & cōtagiosa: aut hoies incorrigibiles & perniciosos. ita ueniemus raroq; inuiti. ad hoc genus castigādi. nec unq̄ sup. ueniemus ad hoc nisi necessario si.s.nulla alia medicina.i.emēdatio uite reperietur. Sed tñ ira sue uehemens & q rōnem perturbet absit procul ab obiurgatione.s.cū qua.s.ira nihil pōt fieri recte & nihil considerare. aūt pro sed: licet.i.licitū est uti pro magna parte.i.ut in pluribus castigatione clemēti.i.miti tñ grauitate adiuncta.i.sic ut grauitas sit adiūcta ut s.seueritas adhibeat᷑ & cōtumelia.i.opprobriosa uituperatio appellat᷑. Atq; pro sed illud ipsum acerbitatis qd castigatio habet sup. annexū significandū est.i.finis notificandū est susceptū esse causa. pro utilitate & cōmodo ipsiꝰ qui obiurget᷑. Rectū.i.decorꝝ & honestū est ēt in illis cōtentionibꝰ q̄ fiunt cū inimicissimis ēt si.i.audiamus īdigna nobis idest uituperia turpissima: tamen retinere grauitatem: & repellere iracundiam. Enim pro quia: quia ea que fiūt cum aliqua perturbatione: neq; possunt fieri constanter nec approbari ab his que absunt deforme est etiā predicare de se presertim falsa.i.per arrogantiam & uanam iactantiam attribuere sibi īmeritas laudes & imitari militem gloriosum apud Plautum & Terentium: qui se inaniter laudat cum irrisione audientium.

S It igitur. hic sermo precipit nūc de sermone quo utimur quotidie: & sic partē amissam & rhetoribus de sermone tanq̄ phs Cice. exequitur: ut bonū uirū cumulate possint effugere. Socratici academici ueteres: qui a Socrate originē habuerunt q in disputationibꝰ maxima uerecūdia utebant᷑. Sermo ipsoꝝ nō erat ptinax: & ipse Socrates in disputationibus imperiū agebat eratq; suauis in sermone & facetus. Socrates apud Platonem sic gorgiā alloquitur. Si ergo tu es ex eoꝝ numero ex quoꝝ ego sum libēter abs te quererē sin minus dimitterē q; si queras qui oꝝ ego ex numero sim respōdebo ex his qui libēter redargui patiunt᷑ si qd uere dicant: libēter etiā redarguūt: si qd ab alio nō uere dicatur & quibus nō minus gratum est reprehēdendi q̄ reprehēdere. ¶ Lenis suauis minime pertinax: concedat aliis id qd est cōcedendū. ¶ Lepos q̄dā suauitas & festiuitas cū gratia. ¶ Nec uero nō debemus (inquit) solū nos loqui cū sumus in congressionibus amicoꝝ: sed uicissim ne alios excludere uideamur. Si seriis de rebus grauibus & ioco contrariis. Si loqueremur de re iocosa: debemus adhibere leporem idest quandam suauitatem & festiuitatem sermoni. si de re seria grauitas adhibenda est aliter non seruatur decorum. ¶ Indicet: ostendat: & patefaciat indicare dicunt᷑ illi proprie qui conscios alicuius sceleris accusant & dicuntur indices postea indicare largo modo. sumit᷑ ad multa que tamen occulta sunt. Vitium inesse moribus. Nā illi qui nimis auide loquuntur de libidine ostendunt se esse libidinosos qui absentibus detrahūt ostendunt liuorē & malū animum. Vn̄ dicit Hiero. li. yii. detractionem esse rem importunissimam in qua duo sunt qui iniuriam faciunt & bifariam leditur is cui iniuria fit. Qui enim detrahit iniurius est quod nō presentem accusat. Itē qui huic credit iniurius est q; prius credit: q̄ rem cōpertā habeat. Et illi qui absenti detrahitur ob id iniuria fit qd ab altero insimulatur ut malus ab altero talis putatur. Ita igitur loqui debemus ut per uerba cognosci non possit nobis inesse aliquid uitii. ¶ Studiose magno studio & cura. ¶ Aut per ridiculū. per iocū & derisiue. ¶ Seuere grauitate aduersas de quibus sermo habetur. precipitq; orationē reuocandā esse ad ea de quibus loq ceperamus si facta fuerit aliqua digressio: qm̄ ad ꝓpositū reddire decet. De domesticis negociis. de re familiari: aut de rep. aut de bonarū artiū studiis & doctrina. Aberrare digredi ad alias res. ¶ Ad hec de qbus erat institutus sermo. Sed utcūq; aderūt res.i.quocūq; & qualescūq; res erūt de qbus loqmur curandū est ne modū excedamus: quia tūc sermo erit odiosus: idcirco ne id accidat cauendū est. Quatenus quousq;: quatinus uero significat quia. Iuue. Quatenus eta domi non sunt. ¶ Habeat delectationē placeat audientibus nā sit est odiosus.i.si mouet fastidiū finē imponere debemus. Eatenus igit᷑ debet sermo ꝓgredi quatenus delectat. ¶ Ratio fuerit.i.quēadmodū loquamur considerandū est anteq̄ incipiamus loqui ne aures aliorū offendamus: ut oportune fiat initium sic in desinendo fieri debet ne modū trāseamus tuendū igit᷑ est medium: & tpi seruiēdū qd maxime decet. ¶ Rō consideratio. ¶ Sed qm̄ in omni uita. Nunc dicit sermonē debere uacuū esse perturbationis: & ipse declarat qd sit pturbatio. In sermone igit᷑ nullā perturbationē indicemus. In oī uita in oī statu uite ut trāquille uiuat᷑. ¶ Motibus perturbationibus omni sermo debet esse uacuus. ¶ Ne existat appareat: qm̄ excandescere in sermone

uitio uertitur. Ira (inquit Arist.) est cupiditas doloris reponẽdi: & cõcitatio animi (ut finit Sen.) Ad ultionẽ iudicio uoluptatis pgentis. Idẽ Cice. in tuscu. disputa. ex stoicorꝫ snia dicit irã eẽ libidinẽ puniendi eius q uideat lesisse iniuriã & excandescẽtiã esse irã nascentẽ ex motu existentẽ. qm̃ se illico ostendit. ¶ Cupiditas uoluntas cõtra rationẽ. nã cupiditas est effrenata apparentia. Pigritia proprie est metus cõsequentis laboris. Ignauia opponitur fortitudini. Aut tale quid aliqua similis perturbatio. ¶ Veteri habere in honorẽ & eos diligere ne uideamur aut adulatores aut maledici. Obiurgationes ẽt nunc precipit qua moderatione amici obiurgandi sint & sic ostendit quomodo ad amicũ castigandũ uenire debemus. ¶ Vocis contentione clamore ut irati uideamur. ¶ Acriore. Acerbiore atqꝫ uehementiore: & sic ponit modum in his rebus quem probat cõparatione chirurgorũ qui uulnera secant & adurunt inuiti si nõ est aliud remedium. ¶ Sed ut ad urendũ quemadmodũ chirurgi inuiti quodãmodo secant: ut urunt uulnus: ut qui patit sanet non studio secandi aut urendi sic amicũ castigare debemus non studio castigandi: sed corrigendi reducendiqꝫ ad offm̃. Nulla medicina nullũ aliud remediũ. Perstat in translatione medicorũ q tandẽ cũ nullũ aliud remediũ põt adhiberi urunt & secant ulcera ita debemus contentiõe uocis castigare amicos si alius modus non superest. ¶ Sed tamẽ quis necessario ad castigationes ueniamus: tamẽ nulla sit ira que quia est breuis furor. Nihil recte poterit facere qm̃ contraria est rationi que modũ seruat in omni re. ¶ Considerate quoniã iratus inconsiderate agit cũ ducatur affectu. Clemẽti indulgenti miti cũ aliqua grauitate sine cõtumelia. ¶ Adiuncta grauitate ne clemẽs & leuis castigatio cõtemptui sit grauitas adhibẽda est. ¶ Illud ipsum id qđ uidet acerbũ ei qui obiurgatur: debemus ostendere susceptũ esse a nobis ipsius qui obiurgatur causa nõ studio obiurgandi. ¶ Rectum est aũt precipit nunc quomodo sit cũ inimicis contendendũ. ¶ Rectum est decet. ¶ Inimicissimis qui nos capitali odio prosequuntur. ¶ Nobis indigna quis in nos contumeliosi fuerint & conuicia indigna effuderint. tamen debemus retinere grauitatẽ & non moueri ad iracundiã & excandescentiam: unde Antisthenes cũ audiuisset aliquãdo. Platonẽ sibi maledicere dixit. Regiũ est male audire cum benefeceris si magnanimus fueris (inquit Sen.) Nunq̃ iudicabis tibi cõtumelia fieri de inimico dices non nocuit mihi sed animũ nocendi habuit. & cũ illum in potestate tua uideris & uindictam putabis uindicare potuisse qđ est magnũ uindicte genus. ¶ Grauitatem constantiã ut non moueamur ad effectũ. ¶ Deforme etiã turpe & plenũ ludibrii. Predicare palam dicere & iactare sese in ipso quotidiano sermone. Militem gloriosum trasonẽ terentianum qui iactat se a Gnatone irridetur sic etiã miles apud Plautum.

E T qm̃ &c. Docet decorũ domus & familie. Ordo est. & qm̃ persequimur (uolumus quidẽ certe sup. psequi & forte non persequimur) omnia dicendum est etiam qualem placeat esse domum hominis honorati & principis. i. economi boni cuius. s. domus finis supple intentus est usus ad quem. s. usqꝫ descriptio. i. ratio & forma edificandi est accõmodanda idest cõmode applicanda: & tamen. i. preter cõmoditatem usus diligentia dignitatis & commoditatis est adhibenda. nos accepimus fuisse Cneo. profert Cneo Octauio qui factus est primus consul in ea familia: scilicet octauiorum non ergo loquitur de octauio Augusto honori. i. ad honorem & gloriam q edificasset in palatio domum preclaram & plenam dignitatis que domus cum uisceretur. i. uisum iretur uulgo. i. a uulgo. putabatur esse suffragata. i. patrocinata & auxiliata domino. scilicet Cneo Octauio nouo homini. i. in cuius familia nemo ad huc ante eum magistratum gesserat ad consulatum. Scaurus scilicet Marci Scauri principis senatus demolitus. i. postq̃ diruit & solo equauit. hanc. s. preclaram domum adiunxit accessionem. i. incrementum edibus sup. suis. Itaqꝫ ille. s. Cneus Octauius attulit primus consulatum in suam domum: hic. s. Scaurus existens filius summi & clarissimi uiri. s. Marci Scauri retulit in domum multiplicatam. s. titulis & honoribus non solum repulsam. i. reiectionẽ: sed etiam ignominiam & calamitatem cuius differentie causam innuit Cice. fuisse constructionem preclare & destructionem domus Enim pro quia dignitas est ornanda domo. i. per domum & non est tota quirẽda ex domo. Nec dominus est sup. honestãdus domo. i. per domũ suam. sed domus est honestanda dño. Et ut. i. queãdmodum ratio non solum sua. i. rerũ suarum aut utilitatis sue: sed ẽt aliorꝫ est habenda in ceteris sup. rebus sic. Consimiliter in domo clari. i. egregii hominis: in qua supple domo & multi hospites. i. mutuo beneficio deuincti recipiendi sunt sup. non gratia pecunie: sed hospitalitatis: & inquam supple multitudo cuiusqꝫ generis hominum admittenda adhibenda est cura laxitatis. i. amplitudinis & capacitatis. Enim pro quia: domus ampla fit sepe aliter. id est sine huiusmodi cura domino suo dedecori idest ad dedecori. i. ad dedecus si. s. solitudo

Confert magnificum domino domus ampla decorem
Illeqꝫ nonnunq̃ priuat honore domum.

☞ Domus a dño honorãda: ipsi etiã dño nonnũq̃ honori est.

ET qm̃ oia psequimur (uolumus qdẽ certe) dicendũ est ẽt qualẽ hoĩs honorati & principis domũ placeat eẽ cuius finis est usus ad quem accõmodãda est edificãdi qdẽ descriptio: & tñ adhibẽda dignitatis cõmoditatisqꝫ diligentia. Cneo Octauio (q prim9 ex illa familia cõsul fact9 ẽ) honori fuisse accepimus q̃ pclarã edificasset ĩ palatio & plenã dignitatis domũ: q cũ uulgo uiseret suffragata dño nouo hoĩ ad cõsulatũ putabat. Hanc Scaurus demolitus accessionẽ adiunxit edibus. Itaqꝫ ille in suã domũ consulatũ primus attulit. Hic summi & clarissimi uiri filius in domũ multiplicatã nõ repulsam solũ retulit: sed ignominiã etiã & calamitatẽ. Ornanda est eñ dignitas domo non ex domo dignitas tota querenda. Nec domo dñs: sed dño domus honestãda est. & ut ceteris habẽda rõ. nõ sua solũ sed ẽt aliorꝫ sic in domo clari hoĩs inquã & hospites multi recipiẽdi. & admittẽda hoĩm cuiusqꝫ generis multitudo. adhibẽda cura est laxitatis. Aliter. n.

Ira.
Cupiditas.
Pigritia.
Ignauia
Cõparatio lachirurgia.

☞ Qualis cuiusqꝫ domus esse debeat.

ERAS. Gneus octauius ex octauiorum gẽte primus.

ERAS. Domus optimatis neqꝫ augusto neqꝫ uasta.

86

ampla domus dedecori dño sepe fit:si ẽ in ea solitudo. & maxime si aliquando alio dño solita est frequẽtari. Odiosum est enim cum a pretereuntibus dicitur. O domus antiqua q̃ dispari domino dominaris, qd quidẽ his temporibus in multis licet dicere. Cauendũ est ẽt presertim si ipse edifices ne ultra modũ sumptu & magnificẽtia prodeas: quo in genere multũ mali ẽt in exẽplo est. Studiose enim pleriq; (presertim in hac parte) facta principũ imitantur ut. L. Luculi summi uiri uirtutem quis ad q̃ multi uillarum magnificentiã imitati sunt. Quarũ quidẽ certe est adhibẽdus modus ad mediocritatemq; reuocandus eadẽq; mediocritas ad omnẽ usum cultũq; uite referenda est. sed hec hactenus.

PRAS. Et poeta quo piá sumptꝰ uersiculꝰ uidet᷑. Antiquũ aũt nobilẽ dixit & augustum. Domꝰ a domino inhonostatur.

idest uastitas est ea & maxime si solita est frequentari aliquãdo alio domino. Enim pro qa odiosum. i. molestũ est cũ dicitur a pretereuntibꝰ. ¶ O domꝰ antiqua q̃ dispari domino dominaris. i. gubernaris & in domino teneris: qd quidem licet his temporibus dicere in multis sup. domibus. Cauendum est etiá presertim. i. precipue si ipse. i. tu edifices ne prodeas. i. progrediaris sumptu & magnificẽtia extra modũ. In quo genere est multũ mali. i. incõmodi etiá in exemplo. i. imitatiõe exempli alioꝝ. Etenim pro quia pleriq; imitantur studiose. i. diligẽter presertim in parte. i. edificãdo facta principũ. Vt. i. uerbigratia quis sup. imitatus est uirtutẽ L. Luculli summi uiri. q. d. nullus aut rarissimꝰ quisq; at: q̃. i. quantũ multi imitati sunt magnificentiam uillarũ. s. Lucii Lucilli. q. d. pluri. quarum. s. uillarũ hoc est domoꝝ priuatarum ruri aut in agro: ad recipiendas fruges & colonos earum cõstructarum. Quidem. i. certe modus est adhibendus. i. finis & mensura constituenda & reuocandus est scilicet modus ad mediocritatem: & eadem mediocritas est referenda ad omnem usum & cultum uite. Sed hec supple dicta sit hactenus idest hucusq;.

MARS.

Et qm̃ omnia prosequit᷑ nunc de domo magnifici uiri determinat Arist. loquẽs de magnifico ait. Ad magnificum autẽ pertinet & domũ a se extructã (ut diuitias decet) habere est. n. quoddá & hec ornamentũ. ¶ Volumus certe oĩa persequi: & de oĩbus dicere que ad uirũ instituendũ ornandũq; pertinent. ¶ Qualẽ cuiusmodi cuius laxitatis cuius impense. ¶ Honorati qui fungitur siue fructus est honoribus publicis. ¶ Principis primi inter ciues. ¶ Cuius. s. domus. ¶ Finis est usus. qm̃ ideo fit domus ut ea utamur. Ergo laxitas domus accõmodanda est dignitati ipsius domini ut ea uti possit cum decoro & habitare magnifice. ¶ Ad quẽ usum. ¶ Descriptio designatio domus edificãde ut usui sufficiat cuius causa edificari & pro rõne dignitatis edificãdum est: qm̃ decet principẽ uirum & magnificũ habere domũ magnificã & plenã dignitatis. ¶ Cõmoditatis: ut cõmode habitemus & cũ dignitate. Debet. n. domus esse utilis & pulchra. ¶ Gneo Octauio affert exemplũ Octauii cui domus plena dignitatis suffragata est. Sueto. ait in uita. Augustus. Primus ex familia Octauioꝝ magistratum populi suffragio cepit. C. Rufus Is questorius Gneũ &. C. procreauit a q̃bus duplex Octauioꝝ defluxit familia cõditione diuersa. Si quidẽ Gneus & deinceps ab eo reliqui oẽs functi sunt honoribus summis. At Caius eiusq; posteri seu fortuna seu uoluntate in equestri ordine cõstiterũt usq; ad Augusti patrẽ. In nona philippica dixit Gnei Octauii clari & magni uiri qui primus in eã familiã: que postea uiris fortissimis floruit attulit cõsulatũ statuã uidemus in rostris. Nemo. n. nouitati inuidebat nemo uirtutẽ nõ honorabat. Hic missus ad nepotẽ regis Anthiochi quo cum romani bellũ gesserant ut classem haberet & elephantos alere phiberet. Laodice in gymnasio a quodã. leptine interfectus est reddita fuit ei statua pro uita que multos p ãnos familiã eius honestaret. Pli. ait. Nõ pretcribo. Gneũ Octauium ob unum uerbũ quo regẽ Antiochum: dilaturũ se responsum dicentẽ uirga quã tenebat forte circũsepsit: & priusq̃ egrederetur circulo illo responsum dare coegit in qua legatione interfecto senatus statuã poni iussit q̃ honoratissimo loco in rostris. ¶ Ex illa familia Octauioꝝ. ¶ Fuisse honori attulisse honorẽ dignitatẽq; Octauio qm̃ in eam familiam primus consulatũ attulit: quia edificauerat claram domũ & dignitatis plenã ut uideretur dominus mereri honores summos & ampliorẽ fortunam. ¶ Suffragata. fuisse auxilio & tulisse suffragia ad consulatũ consequendũ. ¶ Nouo homini noui hoĩes dicuntur quoꝝ maiores non fuerunt in magistratu Plutar. ait in uita. Catonis senioris romani eos qui generis gloria carẽtes a sespsis initiũ caperẽt noĩs sui nouos hoĩes appellabãt. ¶ Hanc Scaurus demolitus ponit exemplũ. M. Scauri qui domũ amplam & nimie laxitudinis edificauit odiosam aliis & sibi ad dignitatem tuendã minime suffragantẽ. ¶ Hanc domũ Gnei Octauii. ¶ Demolitus cũ solo equasset edes ampliauit suas ¶ Edibus suis. s. qm̃ dirupta domo que fuerat. Gnei octauii suã multiplicauit cuius nimia laxitate populꝰ offensus est: hanc igitur domũ solo equatã adiecit edibus suis: in qua retulit & repulsam ignominiã. M. Scaurus. M. Scauri principis senatus & stoici filius Vitricũ habuit Syllam: qm̃ metela mater post mortẽ Scauri patris. Sylle nupsit edilitatem summa magnificentia gessit adeo ut suas opes pene cõsumpserint magnũq; es alienũ conflauerit in pretura prouinciã Sardiniã obtinuit: in qua non satis abstinenter se gessit romã ad petendum consulatũ rediit. Sardis de eo querentibus repetundaꝝ postulatus est patronos habuit. P. Claudium. M. Callidium. M. Marcellũ. M. Tulliũ Cice. M. Messallam Nigrum &. Qu. Hortensium ipse quoq; (ut autor est Pedianus Ausconius) pro se dixit cum magno squalore & lachrymis tandem absolutus est sed ita ut a tribus dãnaretur tribunis: & a. xxii. absolueretur & in eis pauca puncta inter dãnationem absolutionẽq; esset postea. Qu. Seruilius Cepio ob legationis affrici inuidiã eum repetundarum fecit reum. Inde a Varro tribuno plebis proditionis accusatus est dicente. Scaurum uocasse socios ad arma quippe bellum Italicum pauloante exhaustum fuerat quod sociale dictum est: quoniã socii a romanis defecerant cũ ciuitas (ut D rusus tribunis plebis promiserat) illis non daretur Scaurus a uiatore accersitus duos. &. lxx. annos natus innixus nobilissimis iuuenibus in forum processit: & accepto respondendi loco dixit. Qu. Varrus hyspanus. M. Scaurum principem senatorem socios ad arma dixit conuocasse. M. Scaurus princeps senator negat. Testis nemo est utrum uos credere conuenit qua uoce ita omnium cõmouit animos ut ab ipso etiã tribuno dimitteretur. Hec refert Pedianus Ausconius. Valerius Maximus aliter narrat. Scaurus igitur retulit ignominiam in domum

Finis domus est usus.

Nouus homo.

M. Scaurus.

Idẽ repetundarũ postulatus.

Proditionis accusatus.

quã multiplicauerat & ait Cice. Dignitas hoĩs ornanda est domo magnifica sed hec dignitas nõ tota ex domo querẽda est: sed a seipso. s. ut habeat uirtutes aliter ipsa domus magnifica dño dedecori erit: & ipse dñs debet ornare domum. Si continentie studes (inquit Seneca) habita non amene sed salubriter nec dñm esse uelis notum a domo: sed domũ a dño. Itaq; ille Gneus Octauius hic. Scaurus filius Scauri principis senatus qm̃. Scaurus ille adeo summus erat ut ne sibi quidẽ comparari posset. ¶ Multiplicatam quã multiplicauerat demolitus domũ Octauii non solum repulsam qm̃ rediens ex Sardinia in petitionẽ consulatus repulsam habuit & infamia notatus est repetundarũq; postulatus. Vñ in summa interdũ calamitate fuit. Nã aduersa ualitudine laborans processit in forum: & cũ lachrymis rñdit obiectis criminibus. Dignitas hoĩs debet ornari domo magnifica que est quoddã ornamentũ. ¶ Nõ tota qm̃ alia esse debẽt que dignitatẽ afferunt. ¶ Et ut ceteris. sensus est quẽadmodum in oĩbus aliis rebus qd nobis agẽdũ sit considerare debemus: non solũ pp nos: uerũetiã & alios. Sic edificanda domo principis considerandũ est hospites in ipsam admittẽdos esse: & oportere amplã esse: non tñ ut dño proprio seruiat sed & aliis q recipiẽdi sunt. ¶ In ceteris aliis rebus quas non solũ ad nostrã sed ẽt ad aliorũ utilitatẽ referimus. ¶ Clari summi & principis. ¶ Hospites amici externi multitudo cuiusq; gñis. ut tunc erant cliẽtes & uaria hoĩum genera domos principũ ingrediunť. ¶ Laxitatis amplitudinis: debet inqt tenere mediũ. Nam si modũ excesserit & nimia laxitate luxurians: diffundeť. dño affert dedecus potius q̃ dignitatẽ. ¶ Solitudo. i. adeo amplam ut non possit tota habitari tunc illa solitudo dedecori dño erit. ¶ Frequentari coli familie frequentia. frequens locus diciť in quo multi sunt: & frequens senatus in quo sunt multi senatores. ¶ Odiosum est infamie: & quod affert odium & fastidium: cũ potest dici a pretereũtibus. O domus q̃ disparẽ dñm habes q nũc passim rome dici põt. Videmus enim in oĩbus clarissimorũ quondã ciuiũ & illius amplissime ciuitatis facile principũ monstra hoĩum habitare & meretricũ scholis freq̃ntari (quibus cũ romana disciplina uigebat) & mores nondũ luxuriam corrupti: & illi. xl. octo magistri uirorũ urbana uitia excuterent uilissimis fornix dabatur & uix digne censebanť: ut in sub menio habitarẽt pannose sordideq; neglecte: nunc aũt serico & auro undiq; pellucẽtes magnifice habitant cliẽtelam habẽt & disciplinã ut tanta ars non pereat. Vñ dolendũ est q plus inguinibus olidi scorti & edacis tribuať: q̃ uirtuti: & q fedissima lupa corporis ornatu non solũ equeter reginis: sed antecellat. ¶ His tpibus in hac calamitate & cõfusione nostrorũ tẽporum: qbus domus prescriptorũ a Silla ab indignissimis & immeritissimis hoĩbus habitanť: ut merito dici posset. O domus antique q̃ dispari dño dñamini. ¶ Cauẽdum est ẽt: aliud preceptũ & cautio in ipsa domo edificanda. ¶ Ne prodeas exeas extra mẽsuram: debet is q edificat tenere mediũ: & pro modo diuitiarũ impẽdere: atq; ut oportet decetq;. ¶ Sumptu impensis. ¶ Quomodo in genere cũ. s. quis nimio sumptu aliquod opus extruit: alios enim suo exẽplo irritat ad talẽ edificãdi luxũ. ¶ In hac parte edificiis superbe & luxuriose edificanda: & pbat hoc exẽplo. Luculi: cuius uirtutẽ pauci imitati sunt. Magnificentiã uero in edificãdis uillis pmitti. ¶ Facta principũ. ea que principes ciuitatis faciũt Tubero stoicus luculũ togatũ xerxẽ appellabat pp uillã in sinu Baiano & aquã marinã immissam effosso mõte & Varro in primo de re rusti. lib. dicit. Nunc cõtra uillã urbanã q̃ maximã ac potissimã habeãt. Dant operã ac cũ metelli & luculli uillis pessimo publico edificatis certant. ¶ Luculli uirtutẽ qs. s. imitatus est. q. d. ppauci. At quã multi. s. imitati sunt eũ in edificiis & cõuiuiis. Villa est domus in agro. Vicus dr̃ qm̃ sunt plures domus una post aliam. Vicinia dr̃ propinqtas uicinorũ. ¶ Quarũ uillarũ edificandarũ mẽsura est adhibẽda. Vnde apud antiquos erat lex censoria ne uilla fundũ desideraret: & ne plus uerrerent q̃ ararent: & ideo nimiam edificandi luxuriã notauit Hor. in carminibus dicens. Iam pauca aratro iugera molles relinquent regie: qm̃ omnes campi edificiis ad luxum & delitias cõparatis occupabantur.

M. Scaur⁹ repulsam passus.

Calamitates romanorũ edificiorum in meretrices nota

Tubero. Stoicus. Villa. Vicus. Vicinia.

I n omni aũt &c. Ostendit tria in omni actione esse obseruanda. ¶ Ordo est. Aũt pro sed tria sunt tenenda in omni actione suscipiẽda. i. quam suscipere uelimus. Primũ sup. tenendum est ut appetitus pareat. i. obtẽperet rationi quo. i. qua re nihil est accõmodatius. i. conducibilius ad conseruanda officia. Deinde supple tenẽdum est: ut animaduertatur. i. consideretur quanta sit illa res quam uelimus efficere neu. i. neue hoc uel ne suscipiatur maior cura & opera q̃ causa postulet neue. i. uel ne suscipiatur minor cura & opera q̃ causa postulet. Tertium s. tenendũ est ut sup. caueamus. i. caute prospiciamus ut. i. qualiter ea que pertinent ad speciẽ & dignitatẽ liberalẽ. i. liberis hoĩbus dignam sunt moderanda. Aũt pro sed optimus modus. i. optima moderatio: est tenere ipsum decus de quo diximus ante nec progredi longius. Aut pro sed prestantissimũ horum triũ est appetitũ obtẽperare rationi.

ASCE. Ordo.

Appete quod domina ueniet ratione petendum.
Lanx opus equa ferat sollicitudo tuum.

Appetitus rationi est subiugandus & in omni actione per agendi quantitate considerata modus operi tribuendus.

In oĩ aũt actione suscipiẽda tria sunt tenenda Primum ut appetitus rationi pareat. quo nihil est ad officia cõseruãda accõmodatius deinde ut aĩaduertať quanta illa res sit quã efficere uelimus. neu maior neue minor cura & opa suscipiať q̃ cã postulet. Tertiũ ẽ caueamus ut ea q̃ ptinẽt ad liberalẽ speciẽ & dignitatẽ moderãda sint. Mod⁹ aũt ẽ optim⁹ decus ipsum teneř (de quo ãte diximus) nec pgredi lõgius. horũ ãt triũ pstãtissimũ ẽ appetitũ obtẽpař rõni.

I n omni autẽ actione. Tria Cice. ponit que in omni uia seruanda sunt. Primum est ut appetitus pareat rationi. nam si appetitus euagabitur longius officium seruari non poterit quod semper ad bonum tendit Secundum est: ut consideretur quid agendũ sit & ea cura adhibeatur que res ipsa efficienda requirit. Tertium est ut omnia cum mensura fiant etiam que laudabilia sunt: ne si modum excesserint reprehendantur. ¶ Pareat obediat & id appareat quod ratio suaserit. ¶ Ad officia ut aliquid fiat cum uirtutis laude. ¶ Animaduertatur consideretur diligenter: ne aut nimis aut parum id curemus quod agendum est. sed ut ipsa res postulat. ¶ Opera labor. ¶ Causa res ipsa quam agimus & causa quam tractamus. ¶ Ad liberalẽ speciem. i. ea que laudanda sunt & quandã apparentiam libero hoĩe dignam

MARS. Tria in uita seruanda.

Vt mediocritas seruetur. Appatẽtia

87

pre se ferunt. ℭ Moderanda modo quodam & mensura tractanda multo magis igitur moderanda sunt & uitanda que nullam habent speciem.i.apparentiam libero homine dignam & ait Cice.optimus est modus:in omni re atq; mensura:ut seruetur decorum. Nam cum facimus id quod decet tenemus modum. Hora.in.i.uolumi.epistolarum sic ait. Insani sapiens nomen ferat equus iniqui. Vltra q̃ satis est uirtutem si petat ipsam. Et in.i.sermonum dicit. Est modus in rebus sunt certanti deniq; fines. Quos ultra citras nequit consistere rectum. Modus autem. hoc refertur ad illud secundum preceptum.ut scilicet consideretur quanta sit res quam uolumus efficere. ℭ Ipsum decus sequi id quod decet:& eatenus progredi in aliqua re quatenus laudatur. ℭ Lõgius q̃ deceat & sic erit modus hoc refertur ad tertium:ut scilicet omnia moderanda sint. Et ait q̃uis modus optimus sit tamen horum trium prestantissimum est appetitum parere rationi:quoniam nisi ratio dominabitur nil quod deceat fieri poterit.

ℭ F. Maturantius. ℭ In omni actione:de ornatu tunc preecepit ad actionẽ oẽm accõmodato uel retinenda dixit esse. Quo nihil &c.sequit̃ enim ex hoc cõtinẽtia & modestia. Quãta illa &c.uel magna uel parua uel mediocris. Vt neq; &c, Ratio est cur talis animaduersio haberi debeat. ℭ Tertium est &c.decorum hoc loco signant quod ita consentaneum est nature:ut in eo modestia appareat:& temperantia cum specie quãdam liberali:& id precipue in modo consistit. ℭ Liberalem speciem:hoc est decorum. Moderata ne citra modum resistat aut ultra procedat. ℭ Modus autem &c.docet quis modus tenendus sit:ut scilicet decorum seruetur & generale quod est consentaneum hominis excellentie. In quo natura hominis a reliquis differt animalibus & speciale quod ita consentaneum nature sit: ut in eo moderatio & temperantia appareat:cum specie quadam liberali.

ASCE.

D Einceps &c. Postq̃ de formositate & ornatu qui decorum concernunt determinauit prosequitur de ordine rerum. Est autem ordo uerborum. Dicendum est deinceps.i.consequenter de ordine rerum & oportunitate temporum. Autem pro sed:hec scientia continet eam quam greci nominant eutaxiam idest bonam dispositionem & seriem non hanc quam interpretamur modestiam in quo uerbo idest in qua modestia inest modus se ille est eutaxia in qua intelligitur conseruatio ordinis itaq;:ut nos appellemus eandem modestiam: quã scilicet ille eutaxationes definitur a stoicis sic ut modestia sit scientia earum rerum que agentur aut dicentur collocandarum suo loco. Itaq; idest ita uidetur fore eadẽ uis.i.natura & proprietas ordinis & collocationis nam definiunt:&.i. etiam ordinem compositionem.i.q; sit compositio rerum & li locis aptis & accõmodatis. legitur enim compositione ut sic diffiniunt compositione.i. per compositionem sed prestat legere compositionem. Autem pro sed ipsi stoici.s.dicunt locum esse oportunitatẽ actionis.qua .s. quid agitur ubi oportunum est. Autem pro sed oportunũ tempus actionis:appellatur grece eucheria:latine sup.appellatur occasio. Sic.i.ex horum uerborum definitione fit.i.hec sequitur ut hec modestia quã interpretamur.i.quã latine diximus modestiam esse appellandam:sic ita ut dixi scientia oportunitatis ipsorũ idoneorum ad agendum. Sed eadem definitio potest esse diffinitio prudẽtie:de qua diximus in principio. Autem pro sed nos querimus:hoc loco de moderatione.tẽperantia & de aliis similibus uirtutibus. Itaq; ea que erant propria prudẽtie sunt dicta suo loco. Autem pro sed ea sup.que.s.sunt harum uirtutum de quibus loquimur iãdudum idest iam & paulo prius utpote que pertinent ad uerecundiam & ad probationem eorũ:quibus cum.i.cum quibus uiuimus dicẽda sunt.

ERAS. Eutaxia que eadem modestia quid sit. Modestie diffinitio. Ordinis diffinitio.

MARS. Eutaxia. Locus & tẽpus in agendis quid. Temp⁹ ait secundus tacitus magn⁹ sua tẽpestate philosophus est mẽsura omnĩu. Modestia. Ordo. Locus multipliciter capitur & secundũ illud per inflectiones uariatur aduersas.

ℭ Ordo rerum ac temporum oportunitas.


Einceps de ordine rerum & temporum oportunitate dicendum est hec autẽ scientia continet eam quam greci eutaxiã nominant non hanc quam interpretamur modestiam quo in uerbo modus inest. Sed illa est eutaxia.in qua intelligitur ordinis conseruatio. Itaq; ut eandem nos modestiam appellemus sic diffinitur a Stoicis ut modestia sit scientia earum rerum que agentur aut dicẽtur loco suo collocandarum. Itaq; uidetur eadem uis ordinis & collocationis fore. Nam & ordinem sic definiunt: compositionem rerum aptis & accommodatis locis. Locum autem actionis oportunitatẽ temporis esse dicunt. Tempus autem actionis oportunum grece eucheria latine appellatur occasio. sic fit ut modestia hec quam interpretamur:ita ut dicit scientia sit oportunitatis idoneorum agendum temporum. Sed potest esse eadem prudentie definitio de qua principio diximus. Hoc autem loco de moderatione & temperantia & aliis similibus uirtutibus querimus. Itaq;. que erant prudentie proprie loco suo dicta sunt. Que autẽ harũ uirtutum de q̃bus iãdudũ loq̃mur que p̃tinẽt ad uerecũdiã & ad eorũ approbationẽ q̃bus cũ uiuimus nũc dicẽda sunt.

D Einceps de ordine rerum. Supra Cicero proposuit ipsum decorũ tribus rebus cõtinenti formositate ornatu: ordine:duabus partib⁹ absolutis ad ordinem transit:& temporum oportunitatẽ ut nil quod ad decorum ipsum pertineat explicandum relinquatur. Vtitur igitur trãslatione:& docilem facit auditorem & attentum. ℭ Hec autẽ scientia continet eam quam greci eutaxiam nominant:eutaxia dicitur bona dispositio : & ordo uult Cice.ordinis cõseruationẽ & modestiam idem esse. ℭ Non hanc.s.continet quam nos appellamus modestiam a modo idest mensura que singulis rebus adhibenda est. ℭ In quo uerbo modestie.s.inest modus quidam seruandus in omni re. & sic modestia est quoddam ornamentũ in ipsis actionibus. ℭ Ordinis conseruatio:ut sit bonus ordo in rebus agendis.nã eutaxia dicitur bona ordinatio sed inquit Cice.ex ipsa definitione stoicorum adducor,ut eandẽ eutaxiã latini appellant modestiã. ℭ Lo-

co.ſuo tempore oportuno. ⁋ Eadem uis . natura & proprietas:ut idem ſit ordo rerum & collocatio : quod ex ipſa diffinitione probat.nam ordo eſt compoſito rerum aptis locis & accõmodatis:& locus ſignificat temporis oportunitatem. ⁋ Actionis.operationis.hoc dixit ad differentiam loci qui eſt ſedes argumẽti:& in quo illud latet & ex quo ducitur:& locus eſt ultima ſuperficies corporis ambientis locatum:ut finit Ariſto. in phiſicis.hic accipitur locus ꝑ agendi oportunitate. ⁋ Locum actionis.aptum ad aliquid agendum:quoniam ſunt & alii loci ſedes argumentorum.hos locos Boe.in topicis maximas propoſitiões appellat.Et Fab.ait lib .v.locos appello ſedes argumentorũ. ⁋ Tẽpus actionis.aptũ eſt agẽdũ & oportunũ dicit᷑ occaſio inde dicim⁹ nactus occaſionẽ.i. tp̃s oportunũ.in rhetoricis loquẽs de tp̃e ſic ait.occaſio eſt pars tp̃is habẽs in ſe alicuius rei idoneam faciẽdi aut nõ faciẽdi oportunitatẽ. ⁋ Sic fit.ex horũ uerboꝝ definitione hoc ſequitur. ⁋ Quã interpretatur:quã latine dico appellãdã eſſe modeſtiam cum grece dicatur eutaxia. ⁋ Idoneorũ.que idonea ſint ad agendũ:& ſic uno uerbo modeſtie Cice.Cõplectitur ordinẽ locũ & tp̃s. ⁋ Eadẽ diffinitio qm̃ prudentie eſt locũ.ordinem & tp̃s eligere & habere delectũ. ⁋ Itaq; modeſtia & moderatio eſt quedã miniſtra ipſius prudẽtie:& hec officia in qbus modus requirit᷑.pertinent ad tẽperãtiã : que eſt conſeruatrix prudẽtie:moderatio igitur cõſeruat prudẽtiã:& id facit in ſingulis actionibus:qđ prudẽtia iubet corrupta autẽ moderatiõe prudẽtia nil ualet. Itaq; eadẽ fere ſunt officia prudẽtie & modeſtie:que ipſam cõſeruãt & aliis ſimilitudinibus que ad hanc partẽ pertinẽt:qm̃ tẽperantiã ſequũtur ordinis cõſtantiã & ornatus. ⁋ Que erant prudentie que pertinebant ad prudentiam quam ſequuntur conſiliorum maturitas.& intelligentia hec pars moderationis & ordinis ad temperantiã pertinet:ſed nulla uirtus poſſit eſſe ſine prudentia:& qui illã habet oĩs habeat neceſſe eſt ſed ſingulorum mediocritatum officia diſtincta ſunt. ⁋ Iandudũ ab initio huius diſputationis . ⁋ Que autẽ harũ uirtutũ.i.ea que pertinẽt ad has uirtutes que tẽperantiã ſequunt᷑. ⁋ De quibus uirtutibus.pauloante cepi diſputare. ⁋ Approbationẽ.laudationẽ & cõmendationẽ eorũ:cũ quibus uiuimus & nihil a nobis fiat : qđ illos offendat.

Occaſio

Prudẽtia oĩs complectitur uirtutes.

⁋ Ordo actionum cum decoro.

Lumina quicquid ages moderare manuſq; lacertos.
Nilq; quod oſtendat feceris intuitum.

☞ Non ſolũ exteriore ſenſu uel ſigno modeſtiã preferri ſed in prudenti quoq; de agendis animi cõſilio ꝑpendi aſſirmat.



TAlis eſt igitur ordo actionum adhibendus ut quemadmodum in oratione conſtanti.ſic in uita ſint omnia inter ſe apta & cõuenientia. Turpe eſt enĩ ualdeq; uicioſum in re ſeuera cõuiuio dignũ aut delicatum aliquẽ inferri ſermonem. Bene pericles cũ haberet collegã in pretura . Sophoclẽ poetã . Hi de cõi officio cõueniſſent.& caſu formoſus puer ꝑteriret. dixiſſetq;. Sophocles. O puerũ pulchrũ.pericle ait enĩ ꝑicles ꝑtorẽ ſophocle decet ñ ſolũ manus ſed ẽt oculos abſtinẽtes habere atq; hoc idẽ ſophocles ſi ĩ athletaꝝ approbatiõe dixiſſet iuſta reprehẽſiõe caruiſſet. Tãta uis eſt & loci & tẽporis ut ſi qs cũ cãm ſit acturus in itinere aut in ambulatiõe ſecũ ipſe meditetur aut ſi quid aliud attẽtius cogitet nõ rephẽdatur. Ad hoc idẽ ſi ĩ cõuiuio faciat inhũanus uideatur inſcitia tp̃is . Sed ea q̃ multũ ab hũanitate diſcrepãt ut ſi qs in foro cãtet. aut ſi qua eſt alia magna puerſitas facile apparent nec magnopere admonitionẽ & precepta deſiderãt que aũt parua uidentur eſſe delicta neq; a multis intelligi pñt . ab his eſt diligentius ẽt declinãdũ. Vt in fidibus aut in tibiis q̃uis paulũ diſcrepẽt tamẽ id a ſciẽte aĩaduerti ſolet. Sic uiuendũ eſt in uita ne forte quid diſcrepet uel multo etiã magis quo maior & melior actionum q̃ ſonoꝝ cõcẽtus eſt. Itaq; ut fidibus muſicoꝝ aures uel minima ſentiũ ſic nos (ſi acres ac diligẽtes iudices eẽ uolumus animaduerſoreſq; uiciorum) magna ĩtelligimus

Alis eſt igitur &c. deſcribit ordinem actionum cũ decoro.dicens. Igit᷑ qa .ſ.de ordine loquendũ eſt . ⁋ Ordo actionum adhibẽdus.i. qui adhiberi debet eſt talis ut quẽadmodũ oĩa ſunt apta inter ſe & cõueniẽtia in oratione cõſtãti.ſic & in uita.Enĩ ꝑ quia:turpe eſt & ualde uitioſum:inferre ſermonẽ dignũ conuiuio: aut aliquẽ delicatũ ſermonẽ in re ſeuera . Pericles cũ haberet ſophoclem collegã.i.cõſociũ in officio.ſ.in ꝑtura:& hi.ſ. ſophocles & ꝑicles cõueniſſent de cõmuni officio ſup.tractando.& formoſus puer preteriret caſu ideſt a caſu : & ſophocles dixiſſet pericle uocatiuus eſt. O puerum pulchrum quando ſupple dixit. At enim pericles o Sophocle decet pretorem habere non ſolum manus abſtinentes a rapina:ſed etiam oculos a concupiſcẽtia uidelicet. Aitq; ſi Sophocles dixiſſet hoc idem ſcilicet o puerum pulchrum in approbatione athletarum ideſt iuuenum ſe exercitantium in lucta ipſe caruiſſet iuſta reprehẽſione: quia tunc uiſus eſſet recõmendaſſe pulchritudinem membrorum propter idoneitatem ad certamen quã tunc propter libidinem approbaſſe putabatur. Tanta uis eſt & loci & temporis : ut ſi quis quod ſit acturus cauſam ipſe meditetur ſecũ in itinere aut in ambulatione: aut ſi cogitet quid ideſt aliquid aliud non reprehendatur:at ideſt ſed ſi faciat hoc idẽ ideſt ſi meditetur ſecum:aut cogitet attẽtius ipſe uideatur inhumanus ideſt beſtialis & cõuenien di:quod hominum eſt:neſcius inſcitia.i. propter inſcitiam temporis. Sed ea que diſcrepãt multũ ab humanitate: ut ſi quis cantet in foro aut ſi qua.i.aliqua magna puerſitas.ſ.officii eſt ſup.in eo apparẽt.i.eminẽt facile.nec deſiderat magnopere.i.multũ neceſſario admonitionẽ & ꝑcepta. Aũt pro ſed ea q̃ uidentur eſſe parua delicta neq;.&.& q̃ nõ poſſunt ĩtelligi a multis: ab his.i.hmõi ẽ declinãdũ ẽt diligẽtiũ.i.aliquãtulũ diligẽter. Vt.i.ſicut ĩ fidib⁹.i.chordis muſicis:aut ĩ tybiis:q̃uis diſcrepẽt paulũ.i.modicũ. tñ id ſolet aĩauerti.i.reprehẽdi & notari a ſcie.i. perito artis. Sic.ſ.eodẽmõ uiuẽdũ ẽ ne forte qđ

ASCE.

Ordo:

ERAS.

Indecorũ aut in re ſtiria migari: aut in re iocoſa ſeruiũ eẽ

Quis ſermo cui actioni tribuendus.

ERAS.

Athlete q uirtutis exercẽde gratia certãt

Sophocles.

Oculoꝝ abſtinẽtia.

sepe ex paruis.Ex oculorũ obtuitu superciliorũ aut re-
missione aut cõtractiõe.ex mesticia:ex hilaritate:ex ri
su:ex locutõe:ex reticẽtia:ex cõtẽtõe uocis:ex summis
siõe:ex ceteris similibus facile indicamus qd apte eoꝝ
fiat qd ab officio naturaq; discrepet.Quo in gñe nõ ẽ
incõmodũ q̃le qcq̃ eoꝝ sit ex aliis iudicare.ut si qd de-
ceat in illos uitemus & ipsi.Fit.n.nescio q̃uo ut magis i
aliis cernamus q̃ i nobismetipsis si qd delinq̃t.Ita facil
lime corrigunt̃ in discernẽdo uitia quoꝝ imitant̃ emẽ
dãdi cã magister.Nec uero alienũ est ad ea eligenda q̃
dubitationẽ afferũt adhibere doctos hoĩes uel ẽt usu-
pitos & qd his de uno quoq; gñe officii placeat exqre
re Maior.n.ps eo fere deferri solet quo a natura ipsa de
ducit̃.In quibus uidẽdũ est nõ mõ quid quisq; loquat̃
sed ẽt qd quisq; sentiat atq; ẽt de qua causa quisq; sen-
tiat.Vt.n.pictores & hi qui signa fabricãtur & ueri ẽt
poete suũ quisq; opus a uulgo cõsiderari uult ut si qd
reprehẽsum sit a pluribus id corrigatur hi secũ& cũ ali
is qui in eo peccatũ sit exqrũt sic alioꝝ iudicio ꝑ multa
nobis faciẽda & non faciẽda & imitanda & corrigenda
sunt q̃ uero more aguntur & institutis ciuilibus de his
nihil est precipiẽdũ.Illa.n.ipsa ꝓcepta sunt.Nec queq̃
hoc errore duci oportet ut si qd socrates aut aristippus
cõtra morẽ cõsuetudinẽq; ciuilẽ fecerint locuti ue sint
idẽ si arbitretur licere magis illi & diuinis bonis hãc li-
cẽtiam cõsequebãtur.Cynicoꝝ uero rõ tota est eiicien
da.Est.n.inimica uerecũdie sine qua:nihil rectũ eẽ pt.
nihil honestũ.Eos aũt quoꝝ uita ꝑfecta in rebus hone
stis.atq; magnis est bñ de rep.sentientes ac bñmeritos.
aut merẽtes aliquo honore:& impio affectos:obserua
re & coleř debemus.Tribuere ẽt multũ senectuti.cede
re his q magistratũ habebũt.hře delectũ ciuis& pegri
ni.in ipso quoq; pegrino priuati ne an publice uenerit.
Ad sũmã(ne agã d̃ singul̃)cõ emtoti⁹ gñis hũani hoim
cõsiliationẽ & cõsociationẽ coleř tueri seruař dbemus.

idest aliquid discrepet in uita uel etiam multo magis tanto super quo.i.quanto concentus.i.concordia & conformitas actionum est maior & melior q̃ sonorum itaq; ut idest queadmodum aures musicorum sentiunt.i.percipiunt fidibus.i.in fidibus hoc est chordis uel.i.etiam minima.i.minimas discrepantias:sic nos si uolumus esse acres ac diligentes iudices & animaduersores.i.punitores & uindices uiciorũ intelligimus sepe magna ex paruis uerbi gratia:nos iudicamus facile ex obtuitu oculorũ:ex remissione.i.extensione aut contractione superciliorum ex mesticia:ex hylaritate ex risu ex locutione:ex reticentia ex contentione.i.eleuatiõe uocis ex summissione ei.suppressione uocis & ex ceteris similibus quid eorum fiat apte & quid discrepet ab officio & natura in quo genere eorum.s.que uituperantur non est incõmodum iudicare ex aliis quale sit quicq̃.i.quilibet eorum ut si quid deceat in illos:ipsi.i.etiã nos uitemus.Enim pro quia:fit idest contingit nescio quomodo nos cernamus melius in aliis q̃ in nobismetipsis si quid delinquitur.Itaq; hi supple scilicet discipuli quorum uicia magistri idest preceptores morum imitãtur.i.simulant causa emendandi.i.ut emẽdent eos corrigũtur facillime.Verbigratia:si discipulus inepte loquitur & preceptor idem faciat ad reprehensionem illius discipulus facile corrigitur quia quod in se non uidit dedecere in preceptore uidet.Nec uero est alienum idest impertinens & abhorrens ab officio adhibere homines doctos uel etiam usuperitos ad diligẽda ea hoc est ad eligendum interea que afferunt dubitationem & exquirere quid placeat his scilicet doctis & peritis de unoquoq; genere officii Enim pro quia maior pars scilicet hominum solet deferri:eo idest ad id faciendum quo idest ad quod deducitur ab ipsa natura in quibus supple rebus uidẽdum est non modo idest non solum quid quisq; loquatur:sed etiã quid quisq; sentiat.Enim pro quia ut.i.quemadmodum pictores:& hi qui fabricantur signa idest effigies in ere aut alio metallo & etiã ueri poete uolũt suum opus considerari a uulgo idest a multitudine ut si quid sit reprehensum a pluribus id corrigatur q; pro & hi scilicet artifices & poete exquirunt secum.i.inter se & cũ aliis quid in eo quod.s.fecerunt sit peccatũ.i.erratũ:sic per multa.i.ualde multa sunt faciẽda:ꝑ multa sunt non faciẽda:& imitanda & corrigẽda nobis iudicio.i.ad iudiciũ alioꝝ:Vero pro sed nihil est precipiẽdũ de his que agunt̃ more.i.consuetudine.Enim pro quia illa ipsa que aguntur scilicet more sunt precepta.Nec oportet quemq̃ duci hoc errore ut si Socrates aut Aristippus fecerint quid contra morem & consuetudinem ciuilem ue pro uel locuti sint arbitretur idem licere idest licitum esse sibi.Illi scilicet philosophi maximi consequebantur hanc licentiam.idest licentiosam & non regularem autoritatem noua moliendi.magnis diuinis & bonis scilicet doctrina & eruditione plusq̃ humana uero pro sed ratio cynicorũ que est contra naturalẽ uerecundiam est tota eiicienda.i.explodenda.Enim pro quia ipsa est inimica uerecũdie sine qua nihil põt esse rectũ nihil honestũ.Aũt ꝑ sed nos debemus obseruare & colere eos quorũ uita est perfecta.i.clare cognita in rebus honestis atq; magnis sentientes bene aut bene meritos:aut merentes bene de rep.& affectos aliquo honore & imperio nos debemus etiam tribuere multum.senectuti:& cedere idest locum dare his qui habebunt magistratum:habere delectum idest discrimen & discretionem ciuis & peregrini idest externi & habere delectum quoq; etiam in ipso peregrino ne pro an.an uenerit priuatim an publice idest an propria autoritate fretus an honore fuit gens.Ad summam idest ut summatim dicam:ne de singulis agam nos debemus colere tueri:& seruare consiliationem & consociationem hominum communem totius generis humani.

Ambulãtẽ de agẽdis meditari laudabile.

ERAS. Id de apelle refert Plini⁹ & de Marone item literis proditum. Signa exteriora hominis intima docent.

ERAS. Socrates abatticis reus habitus est quum eorum. Instituta sperneret.

Conciliũ capiendũ.


Alis est igit' ordo. Precipit nūc qualē ordinē tenere debemus in singulis actionibus de quo ita disputat:
ut locū personā aliasq; circunstantias includat que in omni re (ut seruetur decorū) considerande sunt ob
seruatio enim circunstantiarum est illa que constituit officium qm̄ potest reddi certa ratio: quare factū sit.
¶ Constanti. perseueranti in optimo ordine: & nihil ab arte discrepanti hec est laus oratoris: ut omnia in
oratione bene conueniant & quadrent sic laudatur ordo cū oēs actiones inter se conueniunt & suo tpe fiunt. In ui
ta in actionibus uite. ¶ Apta ut apta sint qm̄ ordo est cōpositio rerū in aptis locis. ¶ Apta igit'. i. accōmodata & con
uenietia. ¶ Turpe est. enim probat ab effectu: quare adhibendus ordo sit qm̄ dedecet: si non habetur ratio loci tem
poris & persone sic a re contraria sumens argumentum ostendit id laudari quod tempore apto fit. ¶ Seuera graui.
¶ Delicatū delitiis aptum & molle. ¶ Bene pericles qui collegam suum reprehendit Sophoclem: qm̄ ille habuerat
rationē loci temporibus atq; psone quē sustinebat. erat em̄ pretor Sopohocles tragicus poeta fuit tragediam autore
Fabio primus Eschylus in lucem protulit sublimis & grauis & grandiloquus sepe usq; ad uitium. Sed longe clarius
illustrauerunt hoc opus. Sophocles atq; Euripides: quorū in dispari dicendi uis uter quidam sit poeta melior inter
plurimos queritur. In pretura. qm̄ erant pretores qui reddebāt iura. Collega dicit' socius in magistratu. Conuenis
sent simul essent de cōi officio loquerent' & iura redderēt. Hoc narrat etiam Plutar. in uita periclis. Et ualle dicit Pe
ricles cū in pretura Sophoclem collegā haberet: ac is publico officio una districtus pueri ingenui ꝑtereuntis formā
impēsioribus uerbis laudasset intēperantiā eius increpitans dixit pretoris non solum manus a pecunie lucro sed ēt
oculos a libidinoso aspectu continentes esse debere. Locus ipse igit' datus pretori & magistratus non seruabat deco
rum laudando formosum puerum. ¶ Ad hoc idem. ecce quid facit locus & psona. Nā si alibi illud dixisset: iusta re
prehēsione caruisset. F. M. Talis est igitur &c. ut in orōne ordo seruat' & id custodit': ne simus preposteri: ita fieri in
uita debet quicqd agimus semp danda opera est ut ordo seruet'. Constanti q̄ non puertit ordinē: sed & preposuit ita
exeqtur. ¶ Turpe. n. exēplo ostēdit quō cōtra hāc sciam sepe peccat': res aūt per se patet pericles optimus fuit & phi
losophus & orator summus ēt atheniēsium dux quorum rēp. annos. lx. gubernauit autor Trogus Sophocles poeta
fuit atheniēsis diuinus. ut Cice. scribit lib. de diuinatione. ¶ In pretura pretores erant & castra aduersus lacedemo
nios posuerant. ¶ Athletarū eorum q in gymnasiis se exercēt. athleto grece latine significat certe contēdo. Inde athle
te dicūtur in gn̄e certatores. In specie aūt erunt pugiles palestrite cursores & similes. & athlon dr̄ premium certami
nis: quo uerbo utit' Teocritus. Apprabatione. ubi approbant' athlete pulchri lacertorū & habētes membra apta ad
certamina. ¶ Tanta uis est loci: tantū potest locus & alie circūstantie ad approbationē alicuius rei uituperationēq;.
¶ Cām acturus. ornatus cām aut suā. ¶ Meditet' intra se cogitet. ¶ Ad hoc idē meditari & attētius cogitare. ¶ In
humanus. ab humanitate alienus ac rusticus: qm̄ ignorat quid postulet locus & tp̄s. Sed ea que non opus est inqt
Cice. de his precipere & monere q̄ manifesta delicta sunt & ab oībus facile cognoscūtur: sed de his q̄ parua uidētur
& cū dignosci ab oībus nequeant facile trahunt hoīes in errorē specie quadam recti. Vnde diligēter singula consi
deranda sunt: & id uitandum qd̄ in aliis turpe est ac iudeorū & doctos consulere debemus quorū consilio ad uirtu
tem ac decorum dirigamur. ¶ Discrepant. aliena sunt. ¶ Ab humanitate. ab his moribus quos homo bene institu
tus habere debet & ab humanitate igitur idest a disciplina uiuendi que homini data est. ¶ Cantet in foro quod de
decet: & ab eruditione bonisq; moribus alienū est. ¶ Magna puersitas: prauitas in moribus que sua magnitudine
oībus se on̄dit. ¶ Nec magnopere non multū est opus mouere: qm̄ patet talia declinanda esse pp apertā turpitudi
nē. ¶ Neq; a mutis ab imperita multitudine. Et affert exēplum musices: Nam cū in fidibus & tybiis aliqua discrepā
tia est non cognoscit': nisi ab eo q musicā callet: sic actiones aliqd in se prauitatis habētes non cognoscūtur: nisi a
prudētibus quoꝝ cōsilio uita adolescētiū formāda est & regēda. Paulū discrepēt. discordēt. nā discrepare ꝓprie est:
diuerso mō crepare. i. sonare & crepitū facere: inde ad multa transfert'. ¶ Ad sciēte perito in musicis. Sic uiuēdum in
quit uiuendū est: ut uita nō discedet: sed oīa inuicē congruāt: & ordo seruet' ac modus. ut fiat ille actionū concētus
q est maxime e natura & uita cōstans in offō pseueret. Sicut fit in numeris. musicis & motibus inter se nō discrepāti
bus. ¶ Vel multomagis q̄ in fidibus & tibiis maior cura adhibēda est in actionibus uite q̄ in ipsis nūeris. ¶ Quo
quāto maior est cōcentus actionū. i. cōueniētia. ut nullo mō a rōne discrepēt: sed loco tpi & psonis conueniāt. ¶ Ma
ior q̄tū ad se. ¶ Melior ad nr̄m cōmodū & decus. ¶ Concētus: cōueniētia perstat in trāslatione sonoꝝ. Melior inqt
est pstantior conueniētia ipsaꝝ actionū q̄ sonorū: & ideo maior cura est adhibēda ut nulla in ipsis discrepantia sit.
¶ Vel minima tā minimas discrepātias: qm̄ callent artē. uel ēt minimos errores. ¶ Acres: acuti uehemētes attenti.
¶ Viciorū eorū que fiunt cū uicio & ꝑter decorū. ¶ Magna ex paruis. ex paruo signo magna cognoscimus. Vultus
enim & obtuitus oculoꝝ & alia signa indicāt esse in moribus: nōnulla q̄ latēt & incognita sunt in qbus signis & ge
stibus aliqd fit qd̄ dedecet. ¶ Vnū in singulis cauēdū est. & multomagis ne aīus peccet q p signa extrinseca se aperit.
¶ Obtuitu. aspectu in aliquē defixo. ¶ Remissione dilatione aut cū contrahūtur supcilia aut deprimunt': aut attol
lunt': & hoc est cōtrahere & remittere. ¶ Hylaritate leticia. ¶ Cōtētione: eleuatione. i. cū uocē attolimus. Cū oīa (inqt)
supradicta uiderimus cognoscemus (si experiētiā habebimus) qd apte fiat & cū decoro. Quid a natura. i. a rōne na
ture dissentiat. nā respicere: ridere & similia eo mō facere oportet ut a natura nō recedat'. Risus nō sp uituperat'. Cha
chin⁹ uero sp & risus cōcedit' ille aūt īprobat'. Risus) inqt Cice. alibi) sedē hēt in aliq̄ deformitate ac turpitudine: q̄
cū aliis demōstrant' urbanitas: cū in ipm dicentē recidūt stulticia uocat'. ¶ Quo in gn̄e eorū. s. q uituperant' cū non
apte fiūt a natura q̄ recedūt. ¶ Nō est incōmodū immo utile est iudicare in aliis quale sit unūquodq; supradictorū:
ut nos cauere possimus si aliqd preter decorū fieri cognoscimus. nā magis deprehēdimus errores aliorū q̄ nostros.
Vn̄ magistri cū discipulos reprehēdere uoluit aliorū errores ipsis obiiciūt: ut discipuli uiuēdo cognoscant q̄ deceat.
id in quo reprehēdunt'. Quapropter anacharsis scyta interrogatus quo pacto qs abstemius fieret. rn̄dit si ebriosorū
motus sibi an̄ oculos ponat. Et plato ebriis & iratis precipere cōsulereq; solebat: ut speculo uultus inspicerēt suos &
uisa deformitate uitia fugerēt. Et lacedemonii seruū ebriū in conspectu filiorū adducebant. ut in ipso turpitudine
ebrietatis inspicerēt: & ea abstinerēt. ¶ In aliis qm̄ unusquisq; sibi placet: ideo suos errores non facile iudicat. Pauci
enim in seipsos descēdunt diligētius inspiciētes aliena peccata q̄ sua. Vn̄ dicit Sen̄. Aliena uitia in oculis habemus a
tergo nostra sunt. ¶ In discernēdo. iudicando. ¶ Quorū. i. discipuli: quorū uitia magistri representant cā emendan

MARS. Cynicorum opinionem refellit. Obseruatio. circūstātiarum constituit officium. Ordo. Delicatū Eschilus primus tragicus de illo mēinit. Flaccus in arte poetica primūlo cū in aduentiōe tragediarū ei attribuit sophocles a pericle carpitur. Athleo: Athlete: Athlon. Inhūanus. Exēplū a musica sumptum. Stulticia anacharsis. Abstēi⁹. Ebrii spelum intuantur. Consiliū a prudētibus sumendū.

F.M.expositio. fluere translatione est: quia quẽadmodum influit aqua: sic uerba debent influere.i.ingredi in aĩos auditorũ: & difficile est mouere multitudinẽ: qm̃ non iisdem rationibus oẽs mouẽtur. Vñ opus est uaria atq; diuersa inculcare ut oĩs ad effectũ moueamus: ideo dixit aliũ esse aditũ ad multitudinẽ. ¶ Summa igit̃ &c. danda est ergo opera ut hec tria adsint quo ueram gloriam consequi possumus. que sic a Cice. diffinitur. Gloria & frequẽs de aliquo fama cum laude. ¶ Simpliciter sine diuisione. ¶ Breuiter sine circuitione. Hec tria inqt que dixit qbus rebus cõparat̃ a singulis hisdẽ a multis. ¶ Sed est ali⁹ &c. est aliud inqt quo possum⁹ hoĩum beniuolẽtiã cõparare: ut populũ ludis delectare.

ASCE. Ordo. AC primum ostendit qũo beniuolentia multitudine cõparetur. ¶ Ordo est. Ac uideamus primum de illis tribus que dixi ante. s. de pertinentibus ad glorie acquisitionẽ precepta beniuolentie. i. quibus beniuolentia acquiratur quidẽ beniuolẽtia capitur. i. acquiritur maxime. i. precipue bñficiis i. per beneficia aut maximis: quod non placebit filum orationis consideranti. Aũt pro sed beniuolentia mouetur secundo loco benefica uoluntate. i. per ostentationẽ uoluntatis benefice. i. benefacere uolentis ẽt si. i. tam & si res i. facultas benefaciendi non suppetit. Aũt pro sed amor multitudinis mouetur. i. excitatur uehenter ipsa fama & opinione liberalitatis beneficentie iusticie fidei: q; pro & oĩum earum uirtutũ que pertinent ad mansuetudinẽ & facilitatẽ. i. lenitatẽ moꝝ. Etenim. i. certe qa illud ipsum qđ dicimus in primo. s. libro decoꝝ & honestũ placet nobis per se. i. ẽt sine alterius uirtutis accessione & cõmouet. i. afficit sua natura & specie aĩos oĩum: q; pro & perlucet aut pellucet: hoc est transparet & preeminet maxime ex hic uirtutib⁹ quas cõmoraui. idcirco cogimur diligere illos in quibus remur. i. arbitramur & opinamur eas uirtutes esse: atq; hec que dicta sunt sup. sunt grauissime potissime cause diligẽdi. dico gratissime. n. p qa nõnulle. i. aliq; leuiores cause. s. diligẽdi possunt esse pterea. i. insup & pter eas q̃ dicte sunt.

ERAS. Liberalitas optima cõsiliatrix morum. Humãitas & benignitas grata populo.

Iusticia atq; fide mentis uirtute modestus
Fit populo semper gratior ille suo.

☞ Iusticia modestia ceterisq; id genus uirtutibus multitudinis beniuolentia comparatur.



AC primũ de illis tribus qui ãte dixi beniuolẽtie pcepta uideamus que quidẽ capit̃ beneficiis maxime. Scdo autẽ loco benefica uolũtate beniuolẽtia mouet̃ etiã si res forte nõ suppetit: uehementer aũt amor multitudinis cõmouetur ipsa fama & opinione liberalitatis: beneficentie: iusticie. fidei: omniumq; earũ uirtutum que pertinent ad mansuetudinẽ morũ ac facilitatẽ. Et enim illud ipsum qđ decoꝝ honestũq; diximus: quia p se nobis placet animosq; oĩm natura & specie sua commouet maximeq; quasi perlucet ex his quas cõmemoraui uirtutibus: idcirco illos in quibus eas uirtutes esse remur: a natura ipsa diligere cogimur. at hec quidẽ cause diligendi grauissime possunt: em̃ pter eas nõnulle esse leuiores.

MARS. Precepta beniuolẽtie. Ordo. Beneficentia. Vulgus liberalitatẽ preceptoris amat.

AC primũ. Nunc resumit primam partẽ iterum triũ quibus cõstat gloria & quibus rebus beniuolẽtia multitudinis cõparetur docet. Illis trib⁹: si diligit multitudo: si fidẽ habet: & si honore dignos putet. ¶ Preterea beniuolẽtie. dicamus quibus a rebus beniuolentia multitudinis comparatur. ¶ Que beniuolẽtia. ¶ Capitur comparatur. ¶ Beneficiis. conferendo beneficia in alios. & exercendo liberalitatem magnificentiam. ¶ Secũdo loco. s. non possumus (inquit) beneficia conferre: & illis aliorum beniuolentiam demereri: nisi habeamus beneficam uoluntatẽ: ut intelligat multitudo non deesse nobis aĩum liberalẽ sed facultatẽ: qua liberalitate possemus uti. ¶ Benefica uolũtate. quoniã non solum spectatur res ipsa que datur: sed etiam uoluntas ut supra dictum est ex sententia Aristo. cum de liberalitate dicebatur. Etiam si res quam dare uellemus: & facultas donandi non suppetit nõ adest nobis: ut benefici & liberales esse possimus. ¶ Vehemẽter aũt ponit ea quibus amor multitudinis maxime cõmouetur liberalitatem iusticiam: & fidem. ¶ Fama liberalitatis. si fama est aliquem esse liberalem: & hominis ita opinantur esse iustum beneficum & fidum. ¶ Beneficentia. que non tantum in pecuniis: ut liberalitas: sed etiã in aliis rebus consistit. Philosophus in. iiii. Ethi. agens de liberalitate sic ait. Liberales homines maxime habentur: prosunt enim ad id quod in dando consistit. ¶ Fidei q; non decipiat aliquem & sit iustus: & deniq; mansuetus. facilis. ista inq; ad se multitudinem alliciunt. ¶ Et enim ratio quare multitudo mouetur uirtutibus supradictis: quoniam ipsum decorum & honestum sua pulchritudine mouet animos hominum: & istud decorũ maxime manat a iusticia: fide liberalitate mansuetudine: & facilitate. he quippe uirtutes bonum uirum attingunt: unde in. i. di. Colendũ esse quemq; maxime quisquis his uirtutibus leuioribus erit ornatus: modestia: temperantia: & iusticia quoniam fortis animus in homine non perfecto. nec sapiente feruentior plerunq; est. Has igitur uirtutes leuiores magis amat multitudo. & imprimis liberalitatẽ que sola Cesarẽ ad perpetuam dictaturã perduxit largitionibus consiliata sibi multitudinẽ. ¶ Remur. arbitramur. ¶ Grauissime efficacissime & magni ponderis atq; momẽti. ¶ Propterea. insuper & ultra causas predictas q̃ sunt grauissime. Leuiores. nõ tanti ponderis: ut si aliqđ fecerimus qđ multitudini placeat.

ASCE. Ordo. FIdes autẽ. Ordo est. Autẽ pro se l potest effici. i. euenire: ut fides habeatur duabus rebus. i. per duas res: si existimabimur idest iudicabimur: adepti supple esse idest acquisiuisse prudentiam coniũctam cum iusticia. nam nos habebimus fidem idest credemus his quos arbitramur intelligere: plus q̃ nos q; pro & quos (sunt enim duo dictiones quos q̃) nos credimus prospicere: idest preuidere futura & quos supple cũ res aga

Quibus rebus fides acquiratur.



FIdes autem ut habeatur duabus rebus effici potest si existimabimur adepti cõiunctã cum iusticia prudentiam. Nam & his fidem habebimus: quos plus intelligere q̃ nos arbitramur: quoq; & futura prospicere credimus: & cum res agatur in

Discrimenq; uentũ sit expedire rem & consiliũ ex tẽpore capere posse. Hanc enim oẽs existimãt utilẽ ueramq; prudentiã. Iustis aũt & fidis hoibus: idest hoĩs itẽ fides habet' ut nulla sit in his fraudis iniurieq; suspitio. Itaq; His salutẽ nostrã: his fortunas: his liberos rectissime cõmitti arbitramur. Harũ igit' duarũ ad fidẽ faciendã iusticia plus pollet: quippe cũ ea sine prudẽtia satis habeat autoritatis: prudẽtia sine iusticia nihil ualet ad faciẽdã fidẽ. Quo eñ qs uersutior & callidior: hoc inuisior & suspectior detracta opiniõe pbitatis: Quãobrẽ intelligẽtie iusticia cõiuncta: quantũ uolet habebit ad faciendã fidẽ uirĩũ. Iusticia sine prudentia multũ poterit. sine iusticia nihil ualebit prudẽtia. Sed ne quis sit admiratus cur cũ inter omnes philosophos cõstet a meq; ipso sepe disputatũ sit quiunã haberet oẽs habere uirtutes. nũc ita se iũgã quasi possit quisq; qui non idẽ prudẽs sit iustus eẽ. Alia est illa cũ ueritas ipsa limatur in disputatione subtilitas. alia cũ ad opinionẽ cõmunẽ ois accõmodat' oratio. Quãobrem ut uulgus ita nos hoc loco loquit' ut alios fortes alios bonos uiros alios prudentes dicamus. Popularibus enim uerbis est agendum & usitatis cũ loquimur de opinione populari. Itaq; eodẽ modo fecit Panetius: sed ad propositum reuertamur.

tur.i.tractetur. q; pro & uentum sit in discrimẽ idest periculum ac dubium nos credim⁹ posse expedire idest extra pericula impedimenta ponere rem & posse capere consilium ex tempore. Enim pro quia omnes existimant hanc esse utilem & ueram prudentiam. Autem pro sed fides habetur hominibus iustis: & fidis idest bonis: ita ut nulla suspitio fraudis & iniurie sit in his. Itaq; idest ita nos arbitramur nostram salutem: idest uite incolumitatem: & fortunas idest diuitias & liberos: idest legitimam prolem nostram posse cõmitti: his: idest horũ protectioni. rectissime igitur iusticia polet. id est euidenter ualet plus harum duarum: idest inter has duas uirtutes iusticiam scilicet & prudentiam ad faciendam fidem: quippe: idest utpote: quia cum scilicet ita sit q; ea scilicet iusticia habeat satis autoritatis idest fidei & credulitatis sine prudentia: tamen supple prudentia nihil ualet ad faciendam fidem sine iusticia. Enim pro quia quo. i. quãto quis idest aliquis sup. est uersutior & calidior: hoc idest tanto sup. est inuisior & suspectior idest magis inuisus & suspectus opinione probatis detracta idest ablata. Quamobrem iusticia coniuncta intelligentie habebit tantum sup. uirium ad faciendum fidem quantum sup. uirium habere uolet. Iusticia poterit multum sine prudentia: sed sup. prudentiam nihil ualebit sine iusticia. Sed ne quis sit admiratus cur. i. quamobrem ego se iungam. i. separem nunc scilicet has uirtutes iusticiam & prudentiam: ita quasi quisq; possit esse iustus qui non idem. i. etiam sit prudens: cum constet. i. manifestũ sit inter omnes phos: q; pro &: cum disputatum sit sepe a me eum qui haberet sub unam uirtutem habere omnes uirtutes. Respondet dicens. Alia est illa subtilitas cum ipsa ueritas limitatur: idest expolitur in disputatione. Alia cum omnis oratio accõmodatur ad opinionem communem. Quamobrẽ nos loquimur hic ita ut uulgus supple loquitur: ut scilicet dicamus alios uiros supple esse fortes: alios bonos idest iustos alios prudentes. Enim pro quia agendum est. idest disserendum est uerbis popularibus idest uulgaribus de opinione populari. & Panetius philosophus fecit id eodem modo ut scilicet nos fecimus. Sed reuertemur ad propositum.

ERAS. Suspecta sine iusticia prudẽtia

ERAS. aliter in exactis disputationibus aliter in precipiẽdo autẽ cohortãdo loquimur.



Fides autem. Nunc de. ii. parte idest fide dat precepta & docet quid sit augendum ut nobis fides habeatur & scilicet iusticiam habeamus & prudentiam. ¶ Sed existimabimur: si homines existimabunt nos habere prudentiam coniunctam cũ ipsa iusticia. ¶ Fides autem &c. dicit de amicitia nunc de fide que unũ fuit ex tribus uidelicet si diligit multitudo si fidem habet: docet ergo quom fides queri posset & ostendit quom in ea magna ratio consistit ut hominum studia consequi possimus. ¶ Coniunctam cum iusticia cur hoc dicat ipse Cice. rationem subiungit. Non enim potest iusticia sine prudentia ciues in concordia continere: neq; omnino est nam quod stoici dicebant nulla uirtus esse potest absq; prudentia. Aristo. quoq; li. vi. ethi. cum prudentia dixit. Omnes uirtutes simul existere & sine ea esse non posse: ad hoc autem ut ciuitatum status conseruetur utilior est amicitia quam iusticia quod supra diximus. ¶ Nam ex his fidem habemus probat id quod dixit per tres effectus ipsius prudentie: cuius munus est intelligere futura prospicere: & bene consulere cum oportet in discrimen: & periculum & ipse prudens sit in medium ex parte consulere quid sit agendum. ¶ Hanc qui intelligit futura prospicit rem expedit & consilium capit. Iustis etiam habetur fides: quia putantur esse sine fraude & boni uiri: quoniam a iusticia boni uiri denominantur. ¶ Fraudis doli deceptionis. ¶ Iniurie que uiolentiam habet ut est contra iusticiam: nam iniuria generaliter dicitur esse quod non fit iure. Itaq; propter hoc quia nulla est ipsis suspitio fraudis & iniurie. ¶ His bonis uiris. ¶ Saltem curam nostre salutis: quoniam non despiciunt. ¶ Fortunas diuitias & opes que sunt bona fortune. ¶ Harum igitur comparat iusticiam & prudentiam inter se & dicit iusticiam plus ualere q̃ prudentiam ad faciẽdam fidem: idest ut alicui fides habeatur. ¶ Pollet ualet. ¶ Quo enim. ratio quare iusticia plus ualeat. ¶ Quo quanto. ¶ Versutior. astutior: uersuti dicuntur illi quorum mentes celeriter uertũtur. callidi sunt qui habent rerum experiẽtiam. ¶ Hoc tanto. ¶ Detracta. dempta bonitatis & iusticie. ¶ Quamobrem concludit Cice. hanc partem. ¶ Intelligentie. prudentie. Sed ne quis sit admiratus: excusat se Cice. cum ad multitudinem loquatur q; uirtutes natura connexas & copulatas adeo ut separari non possint se iungat. Nam data una uirtute dantur omnes: sed apud imperitam multitudinem aliter loquendum est: ut ratio personarum habeatur que non intelligunt exacte ipsas uirtutes qua separari posse arbitrãtur. ¶ Illa subtilitas disputatio subtilis & acuta ut decet philosophũ.

MARS. Defide. F.M. Munus prudentie. Iust⁹ habetur fides. Iniuria. Comparatio iusticie & prudentie. Versut⁹. Callid⁹. Virtutes. Cõnexe sunt.

108

Oratio accōmodanda multitudini.

¶ Limatur.expolitur ab ipsis philosophis:& inquiritur ueritas.¶ Opinionem cōmunem.multitu dinis.¶ Vt uulgus.& multitudo opinatur & sentit.¶ Popularibus acceptis.ab opinione uulgi & populi non ex disciplina philosophorū.¶ Opinione populari de re qua cadit in uulgi opinione.quoniā imperita multitudo opinat' aliquē esse posse prudentē & non iustū:sic de similibus.¶ Eodem modo.idem.¶ Panetius.quem ego sequor.ita disiunxit secutus opinionē uulgarem quoniā oratio est accōmodanda multitudini.Aristoteles in.vi.ethi.loquens de cōnexione uirtutum sic ait.Patet igitur ex dictis fieri non posse ut sine prudentia sit homo proprie bonus:& absq; morum uirtute prudens:& paulopost dixit.Etenim cum prudentia simul erunt omnes.

ASCE. Ordo.

Erat igitur.¶ Ordo est.Igitur hoc erat tertium ex tribus que pertinent ad gloriam ut nos iudicaremur digni honore cū admiratio hominū ab his .s. hominib9.

¶ Quibus rebus consequitur ut multitudo nos admiretur:& honore dignos putet.

Igitur(scilicet ostendat quō admirationem hominem consequamur)illi.s.hoies admirantur cōmuniter quidē omnia sup.illa que animaduerterunt.i.considerauerunt sup. esse magna preter opinionem suam. Autē pro sed:admirantur sup.separatim.i.seorsum & singulariter si perspiciunt.i.perfecte uidēt quedam bona.nec.i.etiam non opinata itaq; ipsi suspiciunt.i.cum beniuolentia & reuerētia quasi sursum.i.sursum aspiciunt(cuius contrarium est despicere)q; pro & efferunt.i.extollūt maximis laudibus eos uiros in quibus existimāt se perspicere quasdā excellentes & singulares uirtutes. Autem pro sed:ipsi despiciunt & pro.i.contēnunt eos in quibus putant nihil uirtutis:nihil animi:& nihil neruorū.i.uirium sup.esse.Non enim contēnunt.i.uilipendunt omnes eos de quibus existimant male.i. habent opinionem de iniquitate.¶ Nam haud.i. non contēnunt quidem.i. certe eos sed existimāt male de his quos putant improbos maledicos & fraudulentos & instructos ad faciendam iniuriam. Quāobrem(ut dixi ante)hi contēnuntur qui nec prosunt sibi nec alteri : ut dicitur in quib9 nullus est labor:nulla industria:nulla cura.hi autem afficiuntur quadā admiratione qui putantur anteire.i.superare ceteros uirtute:& qui cū:si ita sit q; putantur carere omni dedecore .i.turpitudine uite:tum uero.i.pcipue putantur carere his uitiis quibus alii nō possunt facile.i.faciliter:obsistere.i.obstare:hoc est q sunt īmunes ab his uitiis quibus plurimi subiacēt & a quibus fere uincuntur:nam & uoluptates existentes domine.s.animorum blandissime.i.maxime blandientes & titilantes detorquent.sepe maiores partes anime a uirtute & pleriq; .i.plurimi exterrentur preter supra modum.i.quando faces.i.ardores dolorū admouentur .i.applicantur eis.uita mors diuitie:paupertas permouent.i.concitant & afficiunt uehementissime omnes homines. Que.i.quas res qui despiciunt magno & excelso animo:q; pro & quos sup.cum.i.quando aliqua res ampla & honesta obiecta est his:q; pro & conuertit eos totos a per se & rapit.tum.i.tunc quis non admiretur splendorem & pulchritudinem uirtutis ergo &.i.etiam hec despiciētia animi.i. hec elatio qua animus res predictas.s. uitam mortem &c.despicit.facit magnam admirabilitatem:& maxime.i.precipue iusticia:ex qua una .i.sola uirtute appellantur boni uiri : uidetur multitudini quadam res mirifica. nec iniuria .i.& non cum iniuria aut immerito.Nemo.n.

ERAS. Nec sibi nec alii utiles p uerbio dicti.

Volup/tas aie uires a uirtute detorquet.

ERAS. Admiratio a iusticia.

Quem capit excellens uirtutis culmen amate
Hic plebis multo dignus honore uenit.

¶ Qui uirtute ceteros precellit hic maiore plebis honore dignus iudicatur.

¶ Argumentum Erasmicum.

¶ Que res multitudinis admirationem moueat: que contra contemptum.

Erat igitur.Ex tribus que ad gloriā pertinēt hoc tertium ut cū admiratione hoim honore ab his digni iudicaremur.Admirāt'. cōmuniter igit' & illi quidē oia que magna pter opinionē suā aīaduertūt.separatim aūt in singulis si pspiciūt quedā bona nec opinata.Itaq; eos uiros suspiciūt maximisq; efferūt laudibus in qbus existimāt se excellētes quasdā & singulares uirtutes pspicer. Despiciūt aūt eos & cōtēnūt in quibus nihil uirtutis nihil animi.nihil neruorū putāt.Nō eni oēs eos contēnūt.de quibus male existimāt.Nā quos iprobos.maledictos.fraudulentos putāt & ad faciendā iniuriā instructos eos haud cōtēnūt quidē sed de his male existimāt.Quāobrē(ut ante dixi)cōtemnunt' hi qui nec sibi.nec alteri psunt.ut dicit' in quibus nullus labor.nulla industria.nulla cura est.Admiratione quadā afficiunt' hi qui ante ire ceteros uirtute putātur. & cū omni carere dedecore . tū uero his uitiis qbus alii nō facile possunt obsistet.Nā & uoluptates blādissime dñe sepe maiores ptes aīe a uirtute detorquēt.& dolorū cū admouent' faces pter modū pleriq; exterrent'.Vita mors diuitie paupertas oēs homines uehementissime pmouent.Que qui in utraq; partē excelso animo magnoq; despiciūt cumq; aliqua his ampla & honesta res obiecta est,totosq; ad se conuertit & rapit.tū quis non admiretur splendorē pulchritudinēq; uirtutis? Ergo & hec animi despicientia.admirabilitatē magnā facit.& maxie iusticia: ex qua una uirtute:uiri boni appellant'.mirifica quedā res multitudini uidet' nec iniuria.Nemo enim iustus esse pōt qui mortē:qui dolorē:qui exiliū:qui ege

statẽ timet.aut qui ea que his sunt contraria equitati
anteponit.Maximeq; admirantur eũ qui pecunia nõ
mouetur quod in quo uiro perfectũ sit hunc dignũ
spectatu arbitrantur.Itaq; illa tria que proposita sunt
ad gloriã omnia iusticia cõficit & beniuolentiã quod
ꝓdesse uult plurimis: & ob eandem causam fidem &
admirationem habet:q, eas res spernit & negligit ad
quas pleriq; ĩflãmati auiditate rapiunt' ac mea qdem
sententia.oĩs ratio & ĩstitutio uite adiumẽta hoĩm de
siderat.Imprimisq; ut habeas qbus cũ possis familia-
res cõferre sermones qd est difficile.nisi speciem p̃ te
boni uiri feras. Ergo & solitario hoĩ atq; in agro: uitã
agẽti opinio iusticie necessaria est eoq; magis & si eã
nõ habebunt iniusti habebunt' nullis presidiis septi
multis afficient' iniuriis. Atq; his ẽt qui uendũt emũt
cõducũt locãt cõtrahendisq; negociis implicant' iusti
cia ad rẽ gerendã necessaria est.cuius tãta uix ẽ:ut ne
illi quidẽ qui maleficio & scelere pascunt' possint sine
ulla particula iusticie uiuere. Nã qui eorũ cuipiã qui
una latrocinant'.furatu aliquid:aut eripitis ne sibi la
trocinio quendã relinquit locũ.Ille autẽ qui archipi-
rata dicitur nisi equabiliter predã dispartiat.aut occi-
det' a sociis aut relinquet'.Q uinetiã leges latronũ eẽ
dicunt'.quibus pareãt quas obseruẽt.Itaq; ꝑpter eq-
bilẽ prede partitionem & Bargulus Illiricus latro (de
quo est apud Thepõpũ) magnas opes habuit & mul
to maiores Viriatus Lusitanus cui qdẽ exercitus no-
stri impatoresq; cesserũt quẽ. C.Lelius is qui sapiens
usurpat' pretor fregit & cõminuit ferocitatẽq; eius ita
repressit ut facile bellũ relliquis traderet.Cũ igit' tan
ta uis iusticie sit ut ea etiã latronũ opus firmet atq; au
geat:quantã eius uim inter leges & iudicia & institu
ta reip. fore putamus? Mihi qdẽ nõ apud medos so-
lũ (ut ait Herodotus) sed apd etiã maiores nr̃os fruẽ-
de iusticie causa uident' olim bene morati reges cõsti
tuti.Nã cũ premeret' inops multitudo ab his qui ma
iores opes habebant ad unũ quem confugiebant uir
tute prestantem qui cũ prohiberet iniuria tenuiores
equitate cõstituendã summos cũ infamis pari iure re
tinebat.Eademq; constituendaꝝ legũ fuit causa que
regũ.Ius eñ semp quesitũ est equabile neq; eñ aliter
esset ius id si ab uno iusto & bono uiro consequebant'
eo erant contenti cum id minus contingeret leges sunt
inuente que cum omnibus una atq; eadem uoce loque
rentur.Ergo hoc idem perspicuum est eos ad imperan

potest esse iustus qui timet mortẽ dolores auxi
lium egestatem:et qui ante ponit equitati con
traria his.s.uitam indolẽtiam patrie possessio-
nẽ et diuitiarum copiã:et pro et sup.hoies ad
mirantur maxime eũ qui non mouetur pecu
nia:quod .s. non moueri pecunia in quo uiro
sit perspectũ.i.clare uisum:hunc arbitrantur di
gnũ spectatu.i.ut spectetur et admiretur.Ita iu
sticia cõficit.i.simul facit et exhibet oĩa illa tria
que proposita sunt ad gloriã et.i. pariter beni
uolẽtiam q.i.quia uult prodesse plurimis et ha
bet ob eandẽ causam fidem et admirationẽ q
i.quia spernit et negligit eas res ad quas pleriq;
rapiuntur existentes inflãmati.i. incensi auidi
tate.i.cupiditate et auaricia:ac pro et oĩs ratio
et institutio uite desiderat mea quidem snĩa.i.
quãtum ego sentio adiumẽta.i.auxilia hoĩum
q; pro et desiderat in primis ut habeas sup.ho
mines quibuscũq;.i.cum quibus possis confer
re sermões familiares qd est difficile: nisi feras
pre te .i. nisi certis quibusdã signis ac iudiciis
ostẽdens speciẽ boni uiri.Ergo opinio iusticie
i.opinari q iustus sit:est necessaria hoĩ:et.i.etiã
solitario atq; agẽti uitam in agro:q; pro et eo.i.
tantomagis q sit sup.in agro uiuẽtes non ha
bebunt esse.s.opinionẽ iusticie:ipsi habebun-
tur.i.reputabuntur iniusti:et ipsi nullis.i. non
ullis non septi.i.circũdati et muniti ullis presi
diis .i. protectionibus et custodiis afficientur
multis iniuriis. Atq; pro & iusticia est necessa-
ria ad rem gerẽdam ẽt his qui uendunt:emũt:
conducunt res alienas : locant suas q; pro &
qui sup.implicantur.i.occupant' negociis con
trahẽdis.i.contractu negocioꝝ.Cuius uideli-
cet iusticie est tanta uis:ut ne illi quidẽ qui pa
scuntur maleficio & scelere ut raptores et usu
rarii:possint uiuere sine ulla particula iusticie
i.nisi saltẽ aliquã particulam iusticie haberẽt.
Nam ii qui furant' aliquid cuipiam.i.alicui eo
rum qui latrocinantur.i.latrocinia exercẽt una
i.simul ne.i.non ẽt:reliquit sibi quendam locũ
in latrocinio.i.reiicitur ab aliis ut non possit cũ
eis amplius latrocinari. Aũt pro sed ille qui dr̃
archipirata .i. princeps perataꝝ: hoc est latro-
niũ maris qui naues depredantur nisi dispar
ciat.i.diuidat predam.i.rapinam equabiliter.i.
iusta & equa proportione:aut occidet' a sociis:
aut relinquet'. Quinetiam.i. insuper dicuntur
esse leges ẽt latronũ quibus sup.legibus ipsi pa
reant:& quas sup.leges ipsi obseruẽt. Itaq; &
Bargulus archipirata ille latro illyricus.i. in il
lyrica de quo est sup.mentio aut scriptũ apud
theopompũ:habuit magnas opes pp partitio
nẽ.i.diuisionẽ prede equabilẽ.i. equabiliter fa
ctam.Et uiriatus lusitanus.i.ille latro ex lusita-
nia habuit sup.diuitias maiores multo q̃ Bar-
gulus:cui.s.uiriato exercitus & impatores no-
stri cesserunt quẽ Caius lelius is qui usurpatur
sapiens.i.qui usurpauit nomẽ sapientis pretor
i.cum esset pretor fregit & cõminuit & repressit
ita ferocitatẽ eius:ut traderet reliquis bellũ fa
cile. Igitur cũ tanta uis iusticie sit ut ea firmet.i.
stabiliat atq; augeat opes ẽt latronum quãtam
putamus fore.i.futuram esse eius uim inter le

Iust⁹ nil timere potest.

ERAS. Iusticie opinio ad oĩs ui te partes necessa-ria.

ERAS. A minore exẽplũ

ERAS. Leges latronũ inter ipsos

Bargulus & Viriatus latrones ob equitatis opinionem potẽtes.

ERAS. Vsurpat' .i. uulgo noĩatur.

Quis amicum familiarem habere põt.

ERAS. Iusticie opinio primum reges fecit.

Leges latronum

dum deligi solitos: quorum de iusticia magna esset opinio multitudinis adiuncto uero hoc ut iidem etiã prudentes haberẽtur nihil erat quod homines his autoribus non posse cõsequi se arbitrarentur. Omni igitur ratione colenda & retinenda iusticia est tum ipsa propter se (Nã aliter iusticia non esset) tum propter amplificationẽ honoris & glorie. Sed ut pecunie querende non solũ ratio est sed etiam collocande. que perpetuos sumptus suppeditet. nec solũ necessarios. sed &̃ liberales sic gloria querẽda & collocanda ratione est. Quãq̃ preclare Socrates hanc uiam ad gloriã proximam: & quasi compendiariam dicebat esse si quis id ageret ut qualis haberi uellet. talis esset. Quod si qui simulatione. & inani ostẽtatione & ficto nõ mõ sermone sed etiã uultu stabilem se gloriam cõsequi posserẽtur uehementer erant. uera gloria radices agit atq; etiam propagatur ficta omnia celeriter. tãq̃ flosculi decidunt nec simulatũ põt qcq̃ eẽ diuturnum Testes sunt ꝑmulti in utranq; partẽ: sed breuitatis cã Familia erimus contẽti una Tiberius enĩ Gracchus publii filius tãdiu laudabitur dũ memoria rerũ romanorũ manebit eius filii nec uiui ꝓbabãtur & mortui nomẽ obtinẽt iure cesorum. Qui igit̃ adipisci uerã iusticie gloriã uolẽt iusticie fungant̃ officiis & ea q; essent dictũ ẽ in libro superiore. Sed ut facillime q̃les simus tales eẽ uideamur & si in eo ipso uis maxima est ut simus hi q̃ haberi uelimus tñ quedã p̃cepta dãda sunt. Nã si q̃s ab ineũte etate habet cãm celebritatis & nõis ut a p̃re acceptã (qđ tibi arbitror mi Cicero cõtigisse) aut aliquo casu atq; fortuna in hunc oculi oĩum cõiiciunt̃ atq; in eo qđ agat queadmodũ uiuat inquirit̃ & tanq̃ in clarissima luce uerset̃ ita nullũ obscurũ p̃t nec dictũ eius esse nec factũ. Quorum aũt p̃ria etas ꝑ humilitatẽ & obscuritatẽ in hominũ ignoratione uersat̃ hi simul ac iuuenes eẽ ceperunt in magna spectare ad ea rectis studiis debent contendere quod eo firmiore animo facient: quia non nõ mõ non inuidet̃ illi etati uerũ etiã fauet̃.

ges & iudicia & instituta. i. mores & obseruantias reipu. Quidẽ. i. certe bene morati. i. bonos mores habentes uidẽtur mihi constituti olim reges non solum apud medos (ut ait Herodotus.) sed &̃ apud maiores nostros. i. priscos romanos: causa fruẽde iusticie. i. ut per eos possit frui iusticia: nam cum. i. qñ multitudo inops. i. pauperula & auxilii egena premeretur. i. opprimeret̃ ab his qui habebant maiores opes confugiebant ad aliquẽ. i. ad quẽuis unum prestãtẽ uirtute que cum. i. qñ prohiberet. i. defenderet tenuiores. i. pauperiores retinebat pari iure summos cũ infimis equitate constituenda i. constituẽdo equitatem: qꝫ pro & eadẽ causa fuit constituẽdarũ legum. i. cur leges constituerẽtur que sup. fuit regũ sup. constituẽdorum. i. cur reges constituerẽtur. Etenim pro quia ius est quesitũ semper equabile neq; esset alterius nisi. s. esset equabile & si cõsequabant̃: id. s. ius equabile ab uno uiro iusto & bono: ipsi erant contẽti eo: cum. i. qñ id. s. equabile ius minus. i. non contingeret: leges sunt inuẽte que loquerentur cũ oĩbus una atq; eadẽ uoce. Ergo hoc quidẽ est perspicuũ. i. ualde euidẽs eos solito deligi ad impetrandũ: quorum esset magna opinio multitudinis. i. multitudine: de iusticia. i. quos: cõis populus opinabat̃ esse iustos uero sed hoc adiuncto ut iidẽ. s. iusti haberẽtur. i. reputarẽtur &̃ prudentes nihil erat qđ homines non arbitrarẽtur se posse consequi his. i. hmõi autoribus. i. per hmõi autores qui & iusti & sapiẽtes essent Oĩ igitur. Concludit iusticiã summopere esse colendã. Ordo est. igitur cũ. s. tantam uim habeat iusticia est colẽda & retinẽda oĩ ratione tũ. i. pariter ipsa. s. iusticia ꝑ se. i. ꝑ bonitatẽ ꝓpriam. nam aliter nisi esset ꝑ se colenda non esset iusticia tum. i. pariter ꝑ amplificationẽ honoris & glorie que amplificat in quibus est honorẽ & gloriam. Sed ut. i. quẽadmodũ ratio. i. consideratio non est solũ pecunie querende. i. acquirẽde hoc est de pecunia acquirenda: sed &̃ sup. ratio pecunie collocande. i. administrande & expẽdẽde: que. s. pecunia suppeditet. i. sufficiat & subminstret sumptus perpetuos. i. indeficientes: nec solũ. i. non tantum necessarios sup. sumptus. i. expendendos ex necessitate: sed &̃ liberales. i. ex liberalitate expẽdendos sic gloria est querenda & collocanda ratione ut. s. non desit. q̃q̃. i. tam & si. Socrates dicebat preclare hanc uiam esse proximam & quasi compẽdiariam. i. breuissimam ad gloriam: si quis ageret id: ut esset talis qualis uellet haberi. i. reputari qꝫ si qui. i. aliqui rentur. i. opinantur se posse consequi. i. obtinere: stabilẽ gloriam simulatione & ostentatione inani & non modo. i. non solum sermone ficto: idest simulanter & fraudulenter composito: sed etiam uultu ipsi supple errant uehemẽter. Vera gloria agit: idest facit & generat: radices: id est firmitatem: cui adhereat. atq; &̃ propagatur. i. extenditur per excrementa quasi pullulant: ut arbor firmiter radicata oĩa ficta decidunt. i. deorsum cadunt celeriter tanq̃ flosculi. i. immuniti flores arborum nec quisq̃ simulatũ potest esse diuturnum. Permulti. i. ualde multi testes. sunt in utranq; partem. i. probando utranq; partẽ hoc est tam ueram gloriam esse. diuturnam q̃ simulatam transitoriam: sed nos erimus contẽti una familia. i. probare id in una familia causa breuitatis. Enim pro quia Tyberius gracchus filius Publii. s. gracchi: laudabitur tamdiu dum. i. q̃diu memoria rerum romanorum. i. quas romani gesserunt manebit filii eius. i. Tyberius & Caius seditiosi: nec probantur. i. approbantur uiui. i. dum adhuc uiuebant & mortui. i. iam dum mortui sunt obtinent nomen. i. famam Cæsorum. i. interfectorum & occisorum iure. i. iuste scilicet ꝑ seditiones & maleficia. Igitur ii sup. qui uolunt adipisci. i. acquirere ueram gloriam iusticie. i. de iusticia sua fungantur officiis. s.

ERAS. Agere radices: ut agere rimas agere gemmas.

faciant officia iusticie.& dictum est in libro superiore que essent ea.s.officia iusticie.Sed ut uideamur facillime esse tales quales sumus.& si.i.licet maxima uis est in eoipso ut simus hi.i.tales: qui.i.quales uelimus haberi tn̄ quedam precepta sunt danda.Nam si quis habet causam celebritatis & nominis.i.cur celebris & clari nois sit ab etate ineunte.i.incipiente hoc est a teneris annis & quasi a cunabulis:ut.i.ueluti acceptam a patre(quod.i.quam causam celebritatis:mi Cicero ego arbitror contigisse tibi pp claritatem.s.patris)aut aliquo casu:atq; fortuna sup.aliqua: oculi oium cōiiciuntur in hunc atq; inquiritur in eo quid agat queadmodum.i.qualiter uiuat:& tanq̄.i.perinde ac si uersetur in luce clarissima ita nullum eius nec dictū nec factum potest esse obscurum.Aūt pro sed:hi quorū prima etas uersatur in ignoratione hominum pp humilitatē & obscuritatē simul ac.i.statim postq̄ ceperunt esse iuuenes debēt spectare.i.contēdere:in magna.i.ad res magnas peragēdas & debent contendere ad ea.s. magna rectis.i. firmis & non declinantibus in obliquū studiis.i.conatibus quod.i.quā rem ipsi facient animo eo.i.pro tanto firmiore:quia non modo.i.non solum non inuidetur.i.nullus inuidet illi etati scilicet iuuenili uerūetiam fauetur.i.plerīq; fauent

ERat igitur.Reuertitur Cice.ad propositum & exequitur tertiam partē propositionis.Tertium enim erat si ipsa multitudo putat nos honore dignos.¶ Admirantur cōiter ponit cōiter ea que homines admirantur e quibus causis rationibusq; adducti aliquos honore dignos putant.¶ Cōiter generaliter & cōi quodam cōsensu.¶ Preter opinionem que non ita magna esse opinabatur.¶ Separatim in singulis hominibus non cōiter.¶ Quedam bona uirtutes quas inesse arbitrabantur.¶ Suspiciūt admirantur.Singulares.summas quibus nulla potest comparari.Despiciunt negligunt & spernunt atq; nullius momenti illos esse putant qui nullā in se uirtutem habere uidentur.¶ Despiciunt male de eis existimant:& ad id refertur suspiciunt.¶ Contēnunt nihil curant nec efferunt laudibus.¶ Animi fortitudinis et magnanimitatis.¶ Erat igitur &c.Quando satis responsum est iis qui dicunt uirtutes separari non posse nec iusticiam sine prudētia existere ualere:ad propositum reuertamur & ostendamus quō hominū studia conciliari possimus.¶ Vt cum admiratione &c.uirtutes quedam excellentes.Et minime uulgares faciunt nos hominibus admirando quibus ipsi carent:Qui uirtutibus abundant pauca mirantur:quia pauca sunt que sibi desint qui caret uirtutibus magnas eas in aliis cu uidet admiratur ex his tribus que proposuit.reliquum erat ut multitudo nos honore dignos putaret hoc aūt nulla ex re magis q̄ ex uirtute consequi possumus sola & admiratione facit & honore nos dignos uideri. Colende ergo sunt uirtutes omnes ut admiratione digni simus & honore digni iudicemur Sed iusticia in primis que latius patet.Cui magnam laudem Cice.tribuit. ¶ In opinat:ut si quis fortiter aliquid agat: quod eum acturum non credebant sunt inopinata bona contra opinionem nostram que adesse.alicui non opinabamur.Suspiciunt.uenerantur.Efferunt.extollunt. Excellentes & singulares.unum est alterius expositio quod excellens est:singulare est.Virtutes.ut iusticie aristidis apud grecos:apud latinos Cato fortitudinis leonide apud illos.apud nos deciorum constantia & fide illi socratem extollunt nos.M. Regulum.Despiciunt:contēnunt a contrario.& hoc generalius est.Nihil uirtus alterum ad fortitudinem animi spectat:alterum uero ad corpus.Neruorum.roboris & pensi in rebus agendis:sed quedam mollicies. homines enim uiles contemnuntur despiciunturq; sed non omnes contēnuntur:de quibus male existimatur: immo timentur cū sint improbi:fraudulenti:maledici:& instructi ad inferendam iniuriam.Improbos.insatiabiles & malos:quoniam nimis habere cupiunt cum aliorum iniuria.Vt dicitur.ut est in prouerbio.Industria.studiosus labor. Admiratione quadam.i.eos multitudo ammiratur:qui putantur superare alios uirtute & uacant dedecore & uoluptatibus seuerissime obsistūt & sic temperantes sunt & qui non franguntur doloribus:& sic sunt fortes.Anteire.antecellere prestare.Detorquent.amouent abducunt:quoniam pp uoluptates negligimus res honestas.Et pla. uoluptatem escam malorū appellauit:qm̄ ea ut Cice.interpretatur:homines capiuntur:ut hamo pisces:& uoluptas animi lucem extinguit & impedit consilium rationi inimica:& a uirtute suis blanditiis mentem detorquet. Verba Pla. in intimo hec sunt.Animam ipsam cum mortali corpore clauserunt.totumq; corpus anime quasi uehiculum subdidere atq; in eo aliam anime spem mortalem fecerunt qui grauibus necessariisq; perturbationibus afficeretur quarū prima esset uoluptas esca maxima mali doloriq; inde fuga impedimentumq; honorum.Idem Cice.in.i.de legi.sic ait.Imitatrix boni uoluptas malorum aūt mater omnium cuius blanditiis corrupti.que natura bona sunt:quia dulcedine & scabie carent:non satis cernuntur Arist.in.ii.ethi.sic ait.Difficilius est(ut Heraclito placet)uoluptati repugnare q̄ ire:& alibi.In uniuersis cauendum est maxime a uoluptate:non enim incorrupti iudicamus pro illa:& in.vi.dicit. Voluptas iudicium de fine corrumpit.¶ Maiores partes an me rationem ipsam cui uoluptas est inimica:& oculos mētis perstringens intellectum a sua sede detorquet:unde uoluptati non facile obsisti potest.Et dolorum facis ardentes dolores qui sunt graues motus in corpore sensibus inimici.¶ Plerīq; maior pars hominum. Preter modum ultra modum:ita ut fortitudo deseratur:que est perpessio dolorum.¶ Que supradicta que homines permouent. cū terribilia uideantur:& alia que ualde optantur.In utrāq; partem ut.s.despiciant uoluptatem paruifaciant dolores forti aio & magno:ut cum opus est uite sue non parcant mortē non timeant & non multum amant diuitias paupertate non frangātur.¶ Excelso humana despiciēte.Magno magna & ardua appetente in utrāq; partem ut non timeant aliquid immodice nec cupiant sed despiciant magno aio dolores:uitam mortem paupertatem & similia. ¶ Ampla magna quantum ad uirtutē.¶ Honesta ad id quod ex uirtute sequr.i.plena honoris & dignitatis.¶ Obiecta exposita ante oculos.¶ Et rapit trahit.¶ Tum cū aliquis spretis oībus rebus aliis & terribilibus & blādis ad rē honestam se conuertit.¶ Splēdorem quo ad famam.¶ Pulchritudinē quantum ad essentiam ipsius uirtutis. ¶ Idē quis non admiretur tales homines tm̄ splendorem & pulchritudinē uirtutis habentes.¶ Ergo & hec animi despicientia concludit fortitudinē & magnanimitatē mouere multitudinis admirationē:qm̄ uidētur magna quedam & supra homines facere:& hoc est quod supra dixi.admirantur oīa que magna:& preter suam opinionē animaduerterunt.& sic appatet ueram gloriam & perfectam ex oībus uirtutibus constare.¶ Despiciētia:hic animus elatus qui oīa humana despicit:et seipso longe inferiora putat.¶ Admirabilitatē facit:ut multitudo admiretur. ¶ Et maxime in primis iusticia mouet admirationē.¶ Mirifica admiratione digna:et miris laudibus esse etiam efferenda.¶ Nec iniuria.i.merito:& probat hoc dicens.Nemo enim iustus:qm̄ iusti hominis est non timere mortem pro patria:do-

Cōiter. Despiciunt. F.M. Expositio. Industria. Vulgus fortis admirātur. Voluptas. rat oni inimica. Voluptas omniū malorū mater. Attende uaria dei uoluptate. Cice. alibi. Perfecta gloria. ex omnibus uirtutibus constat. Officiū iusti. Pecunie cur expetende.

loré exilium egestaté:& sic econtra uir iustus non debet preponere iusticie his contraria:uitam uoluptatem esse in patria:diuitias & similia:que bona summa imperitis uidentur qui uoluptatem sequuntur tanq̃ bonum & dolorem: & alia incommoda fugiunt tanq̃ malum. ¶ Non mouetur pecunia qui est liberalis: & non curat pecunias que sunt bona fortune:& expeti debent non propter se:sed ob aliud:& nihil est tam angusti animi q̃ amare diuitias: ut facit auarus qui uilissime rei seruit. ¶ Spectatu honore:& ꝙ ab omnibus spectetur: itaqꝫ alia tria concludit iusticiā omnia conficere que ad gloriam consequendam pertinent quoniam iusticia continet in se omnes uirtutes. ¶ Tria. diligi a multitudine ꝙ fides habeatur:& ꝙ honore digni putemur ab his qui nostra admirantur. Conficit prestat sola iusticia. ¶ Et beniuolentia scilicet conficit declarat quomodo iusticia conficit illa tria ꝙ prodesse uult: hoc est munus iusticie:pluribus uelle prodesse:& ob hoc quia uult prodesse beniuolentiam comparat. ¶ Ob eandem causam:quia uult prodesse plurimis. ¶ Fidem conficit quia illi tanq̃ iusto fidem adhibent. ¶ Et admiratione.s.conficit ipsa iusticia. ¶ Ob hoc quod sequitur.s.ꝙ eas res spernit diuitias honores:imperia:uitam:mortem:atqꝫ nonnulli rapiuntur magna auiditate. ¶ Hominem ergo talia despicientem & magno animo & elato maiora quedam appetentem oēs admirantur & gloriosum putant unde opus est habere iusticiam:ut diligamur & fides habeatur debemus esse fortes & magnanimi:ut admiratione digni uideamur & honore:& sic gloriam consequemur que ex tribus constat ut Cice.proposuit. ¶ Ac mea quidem snīa dixit eatenus ad gloriam comparandam opus esse iusticia:nūc prosequitur dicens oēm rationem & institutionem uite humane desiderare auxilia hoīum que assequi non possumus nisi simus iusti. ¶ Alii ēt quorum professionis describit iusticiam habere debent suas leges seruare aliter uite cōmertium non seruabunt ergo hominibus iusticia est necessaria:quod Cice.exemplis ostendit. ¶ Mea snīa:ut ego sentio & mihi uidetur. Omnis ratio.oīs modus & uita uiuendi. ¶ Institutionem genus uite quod instituimus.i. desideramus adiumenta hoīum in quocūqꝫ genere uite & quocūqꝫ uitā instituerimus:qm̄ natura nihil amat solitariū. ¶ Imprimis maxime & ante oīa. ¶ Familiares sermones cū quibus posse loqui familiariter:& res ipsas cōicare. ¶ Quod habere cum quibus familiariter loquamur nisi bonus uir habearis. ¶ Speciem apparentiam boni uiri ostendas ergo hoc sequitur ex premissis eum.s.oīs institutio uite desideret adiumenta hoīum. ¶ Solitario ocioso: & qui in solitudine cognitione reꝝ uacat:& qui in agro uiuit. ¶ Opinio iusticie:ꝙ habeatur iustus. Eo magis.i. tantomagis est necessaria qm̄ nisi erunt iusti uidebuntur euecti in odiū humane societatis.& fugere hominum cōmertia tanq̃ ab humanitate alieni & iusticia est ad cōitatem humanam societatēqꝫ tuendam:opus est igitur iusticie opinione ipsi solitario ne uideatur iniquus & humane societati infensus. Iniusti iniqui & mali uiri:& cū nullū habeant presidium uiuētes in solitudine multas patiuntur iniurias nisi habebuntur boni uiri. ¶ Septi muniti nullo hoīum presidio & adiumēto:qm̄ contēnuntur aliis & ludibrio erunt iniuriisqꝫ afficientur. ¶ Atqꝫ his ēt ponit infimas hoīum conditiōes: ut ad maiores ascēdat. Qui uēdunt:quibus opus est iusticia que in societate hoīum uersatur. ¶ Contrahēdis ultro citroqꝫ obligandis contrahere est ultro citroqꝫ se obligare & cōtractus uarii sunt in uita humana. ¶ Pascūtur nūtriūtur:ut sunt latrones qui utūtur quodam simulacro iusticie distributiue. Distribuūt enim equaliter inter se id qđ lucrati sunt. Nam qui coꝝ declarat quare ēt latrones sine aliqua parte iusticie esse non pn̄t. Furat̄ per fraudē. ¶ Eripit p uim non poterit esse tutus inter latrones. ¶ Ne nil latrocinio non mō in aliis negociis:ergo opus est iusticia ut nō decipiat socios. Pla.in.i.lib.de repu.sic ait. An censes ciuitatē aliquā uel exercitū seu latrones siue fures uel aliū quēuis cetum hoīum iniuste aliquid una aggredientiū perficere posse quicq̃ si iniuria inuicē se affecerint:seditiones nāqꝫ iniusticia contentionesqꝫ parit:iusticia uero concordiā & amicitiam. ¶ Archipirata.princeps piratarum.i.eorum qui in mari latrocinantur. ¶ Leges quibus inter se latrones utuntur. ¶ Illiricus ex illiria que ab illirio filio Poliphemi denoīata est. ¶ Apud Theopompū:qui ex chio insula fuit discipulus Socratis: & hystoricus condiscipulus fuit ephori:quē calcaribus egere dicebat Theopompum uero freno. Quintilianus loquens de Thucidide & herodoto. dicit Theopōpus his ꝓximus in hystoria predictis minor. Ita orator magis sin ilis:ut q anteq̃ est ad hoc opus sollicitatus diu fuerit orator. scripsit Theopompus epitomen hystoriaꝝ herodoti duobus uoluminibus Scripsit preterea res philippi.xciii.lib.scripsit ēt res grecorum incipiēs a fine hystorie Thucididis & Xenophon. ¶ Magnas opes ingentē potentiam. ¶ Viriatus Lusitanus. Pli.de uiris illustribus ita scribit Viriatus genere lusitanus ob paupertatē primo mercēnarius deinde alacritate nector:audacia latro. Postremū dux bellum aduersus romanos sumpsit eorū imperatorē Claudium numianum. Deinde.C.Nigidium oppressit:pacem a populo roma.maluit integer petere q̃ uictus:& postea bellum renouauit. Cepit cum aliter uincere non posset duos satellites pecunia corrupit qui uiriatū uino depositum peremerunt que uictoria:quia empta erat non est probata a senatu Causa uiriatini belli sunt. Sergius Galba(ut ait Suetonius in uita Galbe imperatoris.)Sergius Galba uir consulatus temporum suorum eloquētissimus fuit quē tradunt hispaniam ex pretura obtinentē.xxx.lusitanorum milibus perfidia trucidatis causam belli extitisse. Huius Galbe Cice.meminit lib.i.de oratore. Alii tradunt uiriatum occupasse totam lusitaniam.&.M.uectilium imperatorē roma.ingenti clade affectam fudisse. Deinde.C.Planicium. Postea Qu.Fabium maximum equis conditionibus cum eo fedus percussisse. Varii igitur sunt annales. Nam Cicero alios secutus Lelium in pretura dixit fregisse uiriatum.& in Bruto ait in bellica laude Viriati bello egregium fuisse Lelium reperit. ¶ Cesserunt uicti ab eo sunt & fugati magna clade accepta. Lelius sapiens appellatus:quoniā legem agrariam omisit pp quam Tibe.C.Gracchi postea interfecti fuerunt:de hoc pauco post latius dicetur. ¶ Cōminuit opes atriuit:ut facile ab aliis uinci posset. ¶ Facile exigui negocii:inde non potuit uinci a cepione nisi fraude & pecunia qua satellites corrupti ipsum uino madētem interemerunt. ¶ Cum igitur argumentū a minori. Si igitur(inquit)inter latrones multū ualet iusticia:quid putandū est inter ciues sed hec latronū iusticia per quādam similitudinē dicit̄.alius certe est uir bonus & alius ciuis bonus Latro est uir malus:si tn̄ equabiliter predam inter socios partitur in illa ciuitate.i. cetu latronū dicetur bonus ciuis.unde phs in.v.ethices.di. Non est enim idē fortasse uirū esse bonum & ciuē bonum. ¶ Opes potentiam. ¶ Inter leges rempu.legibus bn̄ institutam. Mihi quidē amplificat Cice.has iusticie laudes & dicit ideo creatos fuisse reges:ut iusticia seruaretur. Apud medos Medi(autore hero.lib.vii.)prius uocabantur Arrii: inde a medea medi dicti sunt siue a medio filio medee & Iasonis ut aliqui scribunt. Medi. sunt confines Parthis hero-

Quid agēdum sit ut diligamur

Natura nihil solitarium amat.

Solitari⁹

Contrahere.

Cōtract⁹

Iusticia distributiua etiā latrones utuntur.

Furatur.

Eripit.

Iniusticia sedi tiōes parit.

Iusticia concordiam.

Thepōpus li. theopōpi.

Viriatus

Mors uiriati insidiosa.

Suetonius.

Varii annales.

Lelius sapiens.

Ciuitas latronū.

Medi.

Arrii.

dotus scriptor hystoriarũ: de quo Fabius Dulcis & candidus effusus Herodotus. Thucidides breuis & semper sibi constans concitatis affectibus herodotus remissis melior Thucidides concionibus. Herodotus uero sermonibus Thucidides nĩm herodotus uoluptatem. ℭ Archipirata piratarũ princeps pirate maritimi sunt predones qui ergo piratarum princeps iniustus fuerit & non equaliter predam diuiserit: is aut occidetur aut relinquetur: ex quo intelligitur omnibus necessariam iusticiam esse. ℭ Quinetiã &c. habere inquit quasdam inter se leges pirate dicuntur. Quare una est: ex pena duplo maioré partẽ capiat archipirata reliquis equa fiat diuisio. ℭ Bargulus &c. Is autore Theopompo quoniã iusticiam distributiuã inter latrones seruauit magnas opes adeptus est Theopompus discipulus fuit Socratis quẽ ille dicebat calcaribus indigere sicuti ephorum freno fuit. Tragicus poeta & orator clarus ciuis etiã Gellius meminit. ℭ Viriatus lusitanus hic post euersam a Scipione Aemiliano carthaginem ex pastore uenator ex uenatione latro mox iusti quoq; exercitus dux factus uniuersam lucitaniam occupauit. M. Vetilium pretore fuso eius exercitu cepit post quem. C. Plantius nihilo felicius rem gessit tantũq; terrorem is hostibus intulit: ut aduersus eum consulari opus esset & duce & exercitu. Lelius pretor urbanus ita eius res attriuit ac diminuit: ut facile postea uinceretur: a proditoribus tamen consilio seruilis cepionis interemptus est ab exercitu eius multum imploratus: ac nobilissime tumulatus uir duxq; maximus qui annos quattuordecim: quib⁹ cũ romanis bellum gessit sepius uicit q̃ uinceretur. ℭ Sapiens usurpatur de quo Cice. lib. de amicitia. Te alio quodãmodo sapientem dicunt non sicut uulgus sed sicut sapientes appellant qualem neminẽ memini in reliqua grecia. ℭ Cũ igitur tanta uis &c. Concludit argumentũ quod esse diximus a minori ad maius. ℭ Inter leges que cõmunes sunt in equitate posite. ℭ Iudicia que secundũ leges fiunt. ℭ Constituta bene ordinata. Nihil quidẽ &c. probat nunc pollitice necessariam esse iusticiam: siue monarchia: siue aristocratia: siue democratia fuerunt. dicit enim iusticia ad initio humanam societatem conseruasse & reges iusticie causa a principio creatos fuisse: deinde leges constitutas: sed legibus homines quoad iusti fuerint contentos fuisse postq̃ uero iniusti illi esse ceperunt latas esse leges que stabiles & firme semper manerent & sic ostendit politicam uitam esse non posse absq; iusticia. Quicunq; eam administrauerit: siue rex: siue respublica: siue populus. ℭ Herodotus qui ut supra diximus primũ regem scribit apud Medos creatum diocesem propter iusticiam & prudentiam. Iustinus quoq; ait principio rerum gentium rationũq; imperiũ penes reges erat quos ad fastigium huius maiestatis non ambitio popularis sed spectata inter bonos probitas prouehebat arbitria principum pro legibus erant. Apud maiores nostros romanos qui in principio reges habuerunt. Fruende ut subditi possent iusticia frui regem gubernant qui sit iustus & bene moratus quoniã aliter sit tyrãnus. transgressio enim regni tyrãnis est. ℭ Bene morati & iusti & bonis ornati morbus ut bonum pastorem decet. unde Homerus pastorem populorum appellat Agamẽnonem quoniã rex debet regere populos: ut pastor oues. Et Trogus dicit in principio reges fuisse creatos propter uirtutem & moderationem inter bonos spectatam & arbitria principum pro legibus fuisse cum populi nullis legibus regerentur. Philosophus in. viii. ethi. sic ait. Non est rex nisi sit ex se sufficiens & bonis omnibus antecellat talis autem nullius indigeret rei non ergo suas ipse sed eorum qui reguntur utilitates considerat que nãq; talis non est forte potius est princeps q̃ rex. Tyrãnis autem contraria regno suum nãq; bonum sequitur ipse tyrãnus. Nam cum ratio quare fuerunt creati reges bene morati ut. s. plebs non premeretur a potentibus & ob hoc postea inuente fuerunt leges: ut omnia quadã equitate agerentur. tunc enim dicitur ius cũ unusq; habet quod suũ est. Inops impotẽs populus & plebs. Premeretur uexaretur a potentibus. ℭ Tenuiores: humilioris conditionis & sortis. Equitate cõstituenda. constituendo equitatẽ: que omnia ad id quod iustũ est reducit: & facit ut equo iure uiuatur. ℭ Pari equo ut inter summos & infimos nulla differẽtia sit: neq; aliter nisi esset equabile. Id ius eum inuenire iustũ qui omnes equo iure contineret. ℭ Omnibus summis uiris & mediocribus plebe & optimatibus: nã leges sunt uniuersales: & non debent corrumpi. Vna uoce qm̃ leges uolunt omnes equabiliter ius seruare. Ergo hoc quidẽ affert Cice. conclusionem. ℭ Delegi elegi: ut imperent & alios regant. Magna opinio: ut de Nũma Pompilio legitur qui uocatus fuit in regnum romanum: cũ magna ipsius fama esset: & opinio iusticie. ℭ Adiuncto hoc nã opus est regem esse iustum & prudentẽ: alioquin neq; sibi neq; suo regno consuleret neq; saluti prospiceret: qͩ prudentie munus est: qͩ cum ita sit iusticia colenda est & retinenda propter seipsam quoniã aliud est summum bonũ quod propter se: non ob aliud expetitur. ℭ Adde etiam q; ipsa iusticia affert nominis claritatem: nã ab ea uiri boni nominantur: ergo propter seipsam expetenda est optimum est hominem esse iustum & propter id quod ex ea consequimur honorẽ. s. & gloriam. ℭ His autoribus talium hominũ autoritate moti ꝓpter se: quia iusticia propter seipsam expetenda est cũ sit res optima. Aliter si nõ expeteretur propter se: sed ob aliud: qm̃ uirtus expetitur propter se: quia in ipsa consistit summũ bonum: cuius causa omnia expetuntur non esset igitur iusticia & uirtus: nisi ꝓpter se expeteretur. ℭ Sed ut pecunie querende: nunc dat precepta per comparationẽ pecuniarum: qua rõne gloria querenda & collocanda sit: qm̃ cum sumus adepti non debemus in una re effundere: sed peritũ patrẽfamilias imitari: qui res auget certa ratione: & sic dispensat: ut ad oĩa suppetantur. Ratio modus & uia qua pecuniam inquirimus. Collocande. dispẽsande certa rõne: qm̃ parum prodest querere & inuenire pecunias: & postea ipsas male collocare. ℭ Suppeditet subministrare perpetuos sumptus pecuniarios. ℭ Sic gloria adaptat similitudinẽ. Et collocanda: & dispensanda cũ ratione. i. gloriam ueris rõnibus & non simulatione debemus querere: ut ueros luminis sui fructus suppeditet. ℭ Proximã propinquã & breuẽ. Et quasi cõpendiariã: qua cito quasi quodã cõpẽdio ad gloriã ꝑuenit. ℭ Cõpendiũ: in tali significatione dicitur breue iter. Talis esset animo. s. qualis uult extra uideri ab aliis qm̃ simulatio non põt habere ueram gloriã quippe parũ durat: & uera gloria facit radices & durat durante. s. uirtute hoĩs: que gloriã affert. ℭ Stabilẽ duraturã sed non durat. At uera gloria emittit radices & propagatur: qm̃ non est cõpara simulatione: sed uera uirtute. ℭ Agit radices durat & propagatur: ut arbos habẽs radices. Propagatur diffunditur: ut arbores que propagantur. ℭ Ficta gloria nata ex simulatione & actione bonitatis perit ut flosculi arborum. ℭ Flosculi flores qui cito decidunt & moriunt̃. Ploto Diony. sic scripsit. Cẽseo esse iustũ: & qui re uera boni sunt uiri: & talia faciunt uerã gloriã cõsequantur: itaq; cõstare oĩbus debet tales nos esse quales uideri uolumus ꝑsertim cũ deo iuuãte per facile sit futurũ. ℭ Simulatũ: qͩ cũ simulatione fit: nõ uera uirtute. In utrãq; partẽ. i. sunt testes illi qui ita uixerũt:

Herodo t⁹ & thucidides conferũtur.

Tyrãn⁹ rex pastor uocatur. Rex.

Leges sunt uniuersales

Numa.

A iusticia uiri boni nominant̃.

Officiũ patrisfamilias.

Suppeditet.

Cõpendium.

Simulatio parũ durat.

Propagare.

Plato ad dionẽ.

ut uideri nolebant & sic gloriã ueram sunt adepti illi etiã qui non recta uia: sed quadã simulatione qnefierunt gloriam minime duraturã habemus (inquit) exempla utrorũq; permulta sed satis erit ex una familia sumere ut intelligatur gloriam esse appetendã non simulatione sed uera uirtute. ¶ Vna familia gracchorũ. s. que Rome nobilissima fuit. ¶ Tiberius Gracchus augur fuit uir prudentissimus reipub. studiosus & bonis artibus gloriã querens pretor Gallos domuit: & in secundo consulatu. Sardiniã ex qua tantum captiuorũ numerum duxit: ut cũ uenditio longa esset & emptores nõ inuenirentur prouerbiũ natum sit Sardi uenales: quod prouerbiũ significat rem nunq̃ prouenire ad finẽ. Vnde cum uẽditio alicuius rei nimis longa erat dicebatur. Sardi uenales. Hic Tiberius gracchus cum esset censor libertinos qui rusticas tribus occupauerant: in quattuor urbana distinxit: unde maximã sibi gloriã comparauit componebat enim seditiones in repub. non excitabat. Vnde semper laudatus est huius filii Tiberius & L. Gracchi fauentes populo leges agrarias tentarunt: & sic fauere populo simulantes gloriã querebant sed ambo interfecti sunt. Eius filii Tiberius & Caius. ¶ Nec probantur: nõ habebãtur in numero bonorũ uirorum & post mortem habiti sunt in numero eorũ qui iure interficiuntur: & Scipio Emilianus gracchorũ affinis iterrogatus in senatu cum in urbem rediisset a Scipione quid sibi de Gracchis uideretur respondit: uidentur mihi iure ceſi & uersum Homeri protulit quo pallas. Ioui de egisto interfecto respondit. Sic pareat quicunq; hec egit de liberio graccho horũ patrem qui summam gloriam adeptus est scribit Plutar. Tiberius gracchus cui q̃q̃ duobus cõsulatibus duobusq; triumphis & insuper censure gloria insigni multoplus tamen ex uirtutibus eius q̃ ex magistratibus atq; honoribus aderat dignitas. Itaq; cornelium aphricani maioris filiam licet non amicus sed aduersarius eius in rep. foret uxorem habere meruit. Filia cornelie post nupsit Scipioni Emiliano. ¶ Iure cesorum eorum qui iure cesi sunt q̃m remp. seditionibus euertebant. ¶ Sed ut facillime. Cice. aliqua precepta daturus est ut facillime uidea mur esse tales quales sumus & sic instituit preceptionem qua adolescẽtium animi ad ueram gloriam preparantur. ¶ Et si q̃q̃. ¶ Vt scimus tales. Hi tales quales uolumus haberi tamen ut uideamur possumus assequi preceptis. ¶ Vt simus ut natura sit ita disposita ut offendere aliis uolumus. Est maxima uis. i. omnia in eo consistunt ut tales simus quales haberi uolumus: ut Socra. dicebat. ¶ Nam si quis affert rationem quare sunt danda precepta ut unusquisq; seruet decorum in ea fortuna quam nactus est. ¶ Ab ineunte etate primis annis: quia habuit claros natales & maiores suos uirtute preditos quorum fama sustinenda est & augenda. ¶ Celebritatis dignitatis & quod ab oĩbus celebretur: ut sit in ore hoĩm propter claros natales & stemma maiorum. ¶ Nominis fame & glorie ꝑpter suos maiores. ¶ A patre quã a patre acceperunt. ¶ Quod tibi mi Cice. uertit sermonẽ ad filium ut eum excitet ad decorum prestandũ ne. s. a tanto patre & tante celebritatis & nominis fama degeneraret. ¶ Arbitror dicit ut deuitet arrogantiam ipse Cice. filius habebat iam nominis celebritatem propter patrem quoniã in ore hominum erat cũ esset Ciceronis summi uiri filius. Vnde sustinebat magnã expectationem imitande industrie paterne. ¶ Aut aliquo casu: ut si quis natus humili loco deueniret ad opes & dignitates auxilio fortune aut si aliquo casu aliquid ei acciderit propter quod sit in ore hominum: & celebretur sermonibus hominũ frequentibus. ¶ Coniciuntur. utuntur in talem iuuenem & expectant ut magnum aliquid suisq; maioribus dignũ facit & conditione fortune q̃ nactus est. ¶ Clarissima luce quoniam nihil potest facere quod sit celatum & omnes eum intuentur: ut uideant an seruet decorum. ¶ Obscurum quod lateat. Quorũ autem precipit nunc quid faciendũ sit adolescentibus qui obscuris parentibus orti snnt. ¶ Humilitatẽ quia humili & obscuro loco nati sunt non habentes altum stẽma maiorũ & claros natales. ¶ In hominũ ignoratione qui nõ cognoscuntur nec habent aliquã nominis celebritatem. Iuuenes cũ primum ad etatem iuuenilẽ peruenerunt ad magna quedã intendere animum debent. Magna spectare appetere res magnas: ut nominis claritatem: assequantur & sint in ore hominum. ¶ Contendere omni conatu tota deniq; mente cõtendere bonis artibus non malitia sed equitate. ¶ Studiis uoluntate honesta & bono conatu. ¶ Et ideo: & ob id. ¶ Firmiore constantiore quoniã illi etati non inuidetur. ¶ Illi etati iuuenili: cuius honesto studio fauere omnes debent ut emergant quoniam (ut inquit Satyricus) Non facile emergunt quorum uirtutibus obstat res angusta domi. & Quinti. monet tyrociniũ non esse deferendũ in senectute crescente metu quottidie sed fructũ studiorum uiridem ac dulcẽ promi oportere dum & uenie spes est & audere nõ deceat atq; iuueniliter dicta pro indole incipiuntur.

Tales sum⁹ quales uideri uolumus.

Cicero deuitat arrogantiam.

Precepta adolescentũ humiliũ

ASCE. Ordo.

P Rima igitur. Ostendit officium adolescentis ad gloriam comparandam est ordo. Igitur prima cõmẽdatio ad gloriam sup. acquirendã est adolescenti ex bellicis rebus si qua idest si aliqua supple gloria potest comparari: idest acquiri ex rebus bellicis in qua scilicet gloria rerum bellicarũ multi extiterunt apud maiores nostros: idest priscos romanos. Enim pro q͂a bella gerebantur sup. apud illos fere semper. Autem pro sed. o Marce fili supple tua etas incidit in id bellum cuius scilicet belli altera pars scilicet cesariana: habuit nimium sceleris altera scilicet pompeiana habuit supple parum felicitatis in quo tamen bello cum pompeius idest magnus prefecisset te alteri ale. i. alteri ordini equitum ni amorẽ alarum circũ corpus exercitus uolitantium tu consequebare. i. cõsequebaris magnã laudẽ. Et. i. pariter a summo uiro. s. Põpeio & ab exercitu: & hoc eq͂tãdo iaculãdo & tolerãdo

Comis in ornato laudem sibi comparat ore.
Hunc bello hunc lingua gloria consequitur.

☞ Adolescens licet rebus nõnunq̃ bellicis magnam gloriam pariat maxime tamen oratione aut cõsilio clarior efficitur.

PRima igitur est adolescẽti cõmẽdatio ad gloriam si qua ex bellicis rebus cõparari potest. in qua multi apud maiores nostros extiterũt semper enim fere bella gerebantur. tua autẽ etas incidit in id bellum cuius altera pars sceleris nimium habuit altera felicitatis parum. Quo tamẽ in bello cũ te peius ale alteri prefecisset & magnã laudẽ & a summo uiro & ab exercitu cõsequebaŕ equitãdo iaculãdo oĩa militari labore tolerãdo atq; ea quidem tua laus pari-

ter cum republi.cecidit.Mihi autem hec oratio suscepta non de te est:sed de genere toto. Quãobrẽ ad ea que restãt pergamus. Vt igitur in reliquis rebus multo maiora sunt opera animi q̃ corporis sic heres quas persequimur ingenio ac ratione gratiores sunt q̃ ille quas uiribus.prima igitur commendatio proficiscitur a modestia tum pietate in parẽtes in suos beniuolentia facillime:& in optimam partem cognoscuntur adolescentes qui se ad claros & sapientes bene consulentes uiros reipublice contulerunt quibus si frequentes sunt opinionem afferunt populo eorum fore similes quos sibiipsi delegerunt ad imitandũ.P.Rutilii adolescentiam ad opinionem & innocentie & iuris sciẽtie Publii Mutii commendauit domus.Nam Lucius quidem crassus cum esset admodum adolescens non aliũde mutuatus est: sed sibiipse peperit maximam laudem ex illa accusatione nobili & gloriosa ex qua etate qui exercentur laudibus affici solent: ut de demosthene accepimus.Ea etate.L. Crassus ostendit id se in foro optime iam premeditatum facere:quod etiam tamen poterat domi cum laude meditari.Sed cum duplex sit ratio orationis:quarum in altera sit sermo: in altera contentio non est id dubiũ quin contentio orationis maiorem uim habeat ad gloriam .Ea est enim quam eloquentiam dicimus.Sed tamen difficile dictu est q̃topere conciliet animos hominum comitas affabilitasq; sermonis.Extant epistole & Philippi ad Alexandrum & antipatri ad Cassandrum & antigoni ad Philippum trium prudentissimorum sic enim accepimus quibus precipiunt ut oratione benigna multitudinis animos ad beniuolentiam alliciant militesq; blando appellando sermone deliniant.Que autem in multitudine cum contentione habetur oratio ea sepe uniuersam excitat gloriam.Magna est enim admiratio copiose sapienterq; dicentis quam qui audiunt: & intelligere etiam & sapere plus q̃ ceteros arbitrantur.Si uero in est in oratiõe mixta modestie grauitas: nil admirabilius fieri põt eoq; magis si ea sunt in adolescente.Sed cum sint plurima causarum genera que eloquentiam desiderãt multiq; in nostra repu.adolescentes & apud iudices& apud senatum dicendo laudem assecuti sint:maxima etiam admiratio est in iudiciis quorum ratio duplex est. Nam ex accusatione & defensione constat quarum & si laudabilior est defensio:tum etiam accusatio probata persepe est.

omnia labore militari atq; quidem certe & tua laus cecidit.i.periit pariter cũ reip.q.d. si resp. mansisset incolumis gloria tua quoq; incolumis esset.Autem pro sed hec ratio.i.disputatio est suscepta mihi.i.a me non de te sup.solo.sed de toto genere.s.adolescentulorum quãobrẽ pergamus ad dicendum sup. ea que restant. Igitur ut.i.quemadmodum opera animi sunt in reliquis rebus multo maiora q̃ opera corporis sic he res quas persequimur.i.quas obtinere uolumus ingenio ac ratione sunt gratiores illis quas sup.sequimur uiribus.Igitur prima commendatio.s.ad gloriam proficiscitur.i.oritur a modestia.s.modi obseruatione in omnibus rebus:tum.i.deinde sup.oritur a pietate.i.pia cultura in.i.erga parentes & beniuolentia in.i.erga suos.s.familiares & necessarios.Adolescentes cognoscuntut facillime & in optimã partem.qui contulerunt se ad claros & sapientes & bene consulẽtes uiros quibus sup. uiris si adolescentes sunt frequentes.i. multum familiares ipsi afferunt populo opinionem.i.faciunt populum opinari se.s.adolescentes fore .i.futurum esse similes eorum.s.uirorum.sapientũ(& hoc in moribus. unde genitiuo usus est)quos sup.uiros ipsi delegerũt.i. de aliis elegerunt sibi ad imitandum domus Publii Mutii sceuole.s. cõmendauit adolescentiã Publii Rutilii ad opinionem.i.estimationem: &.i.pariter innocentie : &.i.pariter scientie iuris.i.ad opinandum de eo q; futurus esset innocens & iurisperitus ut Mutius sceuola. Nam quidem .i.certe Lucius Crassus cum esset admodum .i.ualde adolescens non mutuatus est.i. non accepit mutuo aliunde.i.ab aliquo alio:sed ipse peperit.i.acquisiuit sibi maximam laudem ex illa nobili & gloriosa accusatione.s. Caii carbonis ex qua etate iuuenili .s. ii sup.que exercentur.s.accusando : solent affici laudibus ut idest quemadmodum nos accepimus de Demosthene q;.s.sic laudibus affectus sit.L. Crassus ostendit ea etate.i.cum esset eius etatis.s.iuuenilis se facere iam optime in foro .i. premeditatum quod poterat etiam tamen.i.tali etate meditari domi sue sup. cum laude . Sed cum ratio orationis sit duplex in quarum altera sit sermo.i.familiaris allocutio : & in quarũ sup. altera sit contentio .i. iuridica concertatio.id non est dubium quin contentio habeat maiorem uim ad gloriam orationis .i. de oratione consequen la . Enim pro quia ea.s.contentio est quam dicimus eloquentiã.Sed tamen difficile dictu idest ut dicatur uel ad dicendum est quantopere.i.quantum uehementer comitas idest suauitas q; pro & affabilitas.sermonis cõciliet.i.sibi beniuolos & amicos faciet animos hominum.Epistole extant .i. adhuc in rerum natura sunt que scilicet sunt Philippi regis macedonum ad Alexandrum.i. magnum filium eius & antipatri unius ex principibus Alexandri ad Cassandrũ filiũ eius & Antigoni alteri⁹ principis & Alexandri successoris ad Philippũ filiũ eius.s. Antigoni triũ prudentissimoꝝ sup. uiroꝝ(accepimus enim sic.i.audiuimus pru

ERAS. Domus familiaritas.

Ingenio & ratiõe facta precellunt op⁹ corporis.

ERAS. Crassus adolescens accusatione Carbonis nobilissimi ciuis nobilitatus.

ERAS. Caue in premeditatũ legas magna quedam habent exẽplaria nihil enim cõsensu cõuenit.

ERAS. Settatoria oratio forẽsi ad gloriam parandum uberiorem.

Dixi pauloãte de crasso.Idẽ fecit adolescẽs.M.Antonius ẽt.P.sulpitii eloquẽtiã accusatio illustrauit cũ seditiosum & inutilẽ ciuẽ.C.Norbanũ in idiciũ uocauit. Sed hoc qdẽ nõ est sepe faciendũ nec unq̃ nisi aut reipu.causa ut duo luculli aut patrocinio ut nos pro siculis:pro sardis pro.M.Albutio Iulius in accusando etiã Manilio.L.fusii congnita industria est.Semel igit̃ aut nõ sepe certe.Sin erit cui faciẽdũ sit sepius reip.tribuat hoc muneris cuius inimicos ulcisci sepe nõ ẽ reprehẽdẽdũ modus tñ adsit.Duri eñ hoĩs uel potius uix hoĩs uidet̃ piculũ capitis inferre multis.Id tũ piculosum ipsi est.tũ etiã sordidũ ad famã cõmittere ut accusator nominet̃ Q d contingit.M.Bruto summo genere nato eius filio q iurisciuilis in primis pitus fuit atq; etiã hoc pceptũ officii diligenter tenendũ est ne quẽ unq̃ innocẽtẽ in iudicio capitis acersas.Id eñ sine scelere fieri uullo pacto pt.Nã quid est tã inhumanũ:q̃ eloquentiã a natura ad salutẽ hoĩm:& ad cõseruationẽ datã ad bonoꝝ pestẽ pniciẽq; cõuertere.Nec tñ ut hoc fugiendũ est.ita habendũ est religiõi cõtrariũ nocentem aliqñ & necessariũ impiũ defendere:uult hec multitudo:patit̃ cõsuetudo:fert etiã humanitas.Iudicis est semp in causis uerũ sequi patroni nõnunq̃ uerisimile etiã si minus sit uerũ defendere qd scribere pserti cũ de philosophia scriberẽ ñ auderem nisi idem placeret grauissimo Stoicorũ Panetio:maxime aũt & gloria parit̃ et gratia defensoribus:eoq; maior si quãdo accidit ut ei subueniatur qui potentis alicuius opibus circunueniri urgeriq; uidetur:ut nos & sepe alias & adolescentes contra.L.Sylie dominantis opes pro Sexto Roscio amerino fecimus q̃ ut scis extat oratio.

dentissimos fuisse)quibus.s.epistolis precipiũt idest mandant filiis suis : ut alliciant animos multitudinis ad beniuolentiã orone benigna .i.comi & affabili & deliniãt.i.mitigent & mulceãt milites appellãdo sup.eos sermone blando.Aũt pro sed:oratio que habetur in multitudinem cũ contentione .i. disceptatione ea excitat sepe uniuersam.i.totã gloriam.Enim pro quia magna est gloria si dicentis copiose & sapienter quem.s.dicentem hi qui audiunt arbitrantur sepe.Et.i.pariter intelligere & etiã sapere plusq̃ ceteros.Vero pro sed grauitas mixta.i.cõmixta modestie inest in oratione:nil potest fieri admirabilius.i.qd magis sup.admirãtur auditores eoq;.i.& pro tanto magis sup.admirantur ea si sint in adolescente.Sed cũ plurima sint genera causarum que desiderant eloquentiã & cũ sup.multi adolescentes assecuti sint dicẽdo.i.eloquendo in nostra repub.Et.i.pariter apud iudices : &.i.pariter apud senatũ maxima etiã admiratio est in iudicus quorũ iudiciorũ duplex est ratio.Nã.s.ratio iudicioꝝ constat & accusatione & defensione : quarũ.s.duarũ rationũ & si.i.q̃q̃ defensio est laudabilior:tamen accusatio est etiã per se.i.ualde sepe pbata.Ergo dixi pauloante de Crasso.q.s.accusando laudẽ assecutus sit. Marcus Antonius orator.s.adolescens.i.cũ adhuc esset adolescens fecit idẽ.i.accusando laudẽ meruit accusatio etiã illustrauit eloquentiã Publii sulpitii cũ.i.quando uocaui in iudiciũ.Caium Norbanum ciuẽ seditiosum & inutilẽ . Sed quidẽ .i.certe:hoc.i.accusare nõ est faciendum sepe nec unq̃ sup.faciendũ est nisi aut causa reipu. ut.i.quẽadmodũ duo luculli sup.fecerunt aut patrocinio.i.impendendo patrociniũ amicis ut.i.quẽadmodũ nos sup.fecimus pro siculis & pro sardis.i.pro omnibus de sicilia & sardinia et ut sup.Iulius.s.Cesar orator sup.fecit p Marco Albutio. Industria.i.studiosa exercitia Luci fusii est cognita etiam in accusando Mãnilio.Igitur semel sup.i.faciendũ est aut certe (si sup.plusq̃ semel tamen)non sup.faciendũ est.Sin.i.sed si aliquis sup.erit cui faciendum sit sepius tribuat hoc muneris.i.hoc officium & hunc laborem reipub.cuius.s.reipub.nõ est reprehendendum ulcisci sepe inimicos tamen modus.i.moderatio adsit.Videtur.n.sup.esse duri hominis uel potius uix hominis:immo ferarum inferre multis periculum capitis.Cõmittere.i.pati:ut nominetur accusator.i.periculosum tamen.i.pariter:ipsi scilicet accusatori tamen.i.insuper sordidum ad famam.Quod idest que res cõtingit Marco Bruto nato summo genere:et filio illius qui fuit peritus in primis.i.inter primos iuris ciuilis.Atq; hoc preceptum officii quod sequitur est tenendum etiam diligenter:ne accersas idest accites aduoces unq̃ que.i.aliquem innocentem in iudicio capitis.i.ubi est periculum uite.Idest enim nullo pacto potest fieri sine scelere.Nam quid est tam inhumanum:q̃ conuertere ad pestem perniciem bonorum sup.uirorum eloquentiam datam a natura ad salutem hominum & ad conseruationem.Nec pro & non.& tamen hoc non est habendum.i.reputandũ contrarium religioni ita.i.intantum ut idest quãtum est fugiendum.s.defendere aliquando nocentem & impium nepharium. Multitudo.s.populi ut hec consuetudo patitur hec & etiam humanitas idest humana clementia : fert.i. patitur: aut ut dicunt importat hec.Est iudis.i.ad iudicem pertinet sequi semper uerum in causis patroni est.i. ad patronũ: hoc est defensorem pertinet nonnunq̃ defendere uerisimile:etiam si sit minus uerum.i.non omnino uerum quod sup.preceptum dictum ego nõ auderem scribere presertim cum scriberem de philosophia (que ueri seuera amatrix est) nisi idem placeret Panetio grauissimo stoicorum.Autem pro sed & gratia.i.beniuolentia & gloria paritur idest acquiritur maxime defensoribus & eo.i.pro tanto maior:si accidit quando.i.aliquando:ut subueniatur ei qui uidetur circũuenire.i.opprimi & deludi:q; pro & urgeri opibus alicuius potentis : ut idest quemadmodum nos & alias idest alio tempore sepe & adolescentes .i. cum essemus adolescentes fecimus contra opes Lucii Sylle dominantis: pro sexto Roscio amerino que oratio.i.qua id fecimus extat ut scis.

Qui in suis epistolis multitudinis animos ad beniuolentiã allici cõsuluere.

ERAS. Raro accusandum & quatenus

ERAS. Brutus accusator uehemenus.
Grauitas i oratione admirabilis.

ERAS. Scelestũ accusare innocentem humanum defendere aliqñ nocentẽ
Iudicia in duobus constant.

Innocẽs i iudicio nõ est accercẽdus.
Impiũ aliquando defendere.
Iudicis officiũ.



PRima igitur. Postq̄ ostēdit talia precepta esse necessaria: incipit precipere qd iuuenis agere debeat ut gloriā consequi possit: & oñdit gloriam oriri ex prestantia bellica: aut ex his uirtutibus que in toga colūtur: ut dicet per singulas partes. ¶ Ad gloriā consequēdam. ¶ Si qua cōmendatio & laus rei bñ geste potest ab ipso adolescēte comparari. ¶ Qua cōmendatione & laude bellica. ¶ Fere quasi semper: qm̄ pro imperio propagando bella fere semper gerebantur unde res militaris erat ars romana & adolescentes in bello se exercebant. unde Syllus laudans fortitudinē romanoꝝ & prestantiam bellicam dicit. Pubescit castris miles galeaq; teruntur. Nondū signate flaua lanugine male. In pueritia studiis litteraꝝ incūbebant. Inde militiam erecto aīo colebant: quā ceteris nationibus prestabat populus romanus. ¶ Tu aūt eras. uertit sermonē ad filium quē dicit in id bellum incidisse: in quo gloriam assequi non potuit & bellicam cōmendationē. ¶ In id bellum plusq̄ ciuile quod fuit inter Cesarē & Pompeium. & Cicero filius Ciceronis sub Pompeio militauit prefectus ale militaris. ¶ Altera pars Cesaris. ¶ Nimium sceleris. quia pugnabat contra patriam: & illam occupauit & per hoc magnum scelus amisit. ¶ Altera. ¶ Pompeii. qui pro repu. pugnabat: tñ habuit parum felicitatis: qm̄ superatus a cesare in egypto obtrūcatus fuit. ¶ Alteri ale. uni ex quabus: qm̄ ale exercitus dicuntur equitum ordines: quia circum legiones a dextra sinistraue tanq̄ ale in auiū corporibus locabantur: ergo cū due essent: alteri prefectus erat Cicero. Legio habet centurias quadraginta manipulos triginta cohortes decē ut ait Cincius de re militari. ¶ A summo uiro Pompeio qui summus uir erat & imperator. ¶ Equitando: ut faciunt tyrones qui equitando preludia pugne exercent & ēt iaculando: ut quisquis & eques: & bello promptus esset. Vnde Iuuena. Discit ab hirsuta iaculum torquere capella. ¶ Cum repu. superato Pompeio militiam dimisisti & respu. a Cesare occupata fuit. ¶ Mihi autē inquit Cicero non solum propter te hec precepti o & disputatio instituta est: sed propter oēm iuuentutē que tunc erat tecum: adde ēt q̄ hec precepta non tibi soli: sed omnibus scribuntur. ¶ De toto genere. de omnibus iuuenibus. ¶ Prima est igitur &c. Dixit de iis adolescentibus qui claro genere & q̄ obscuro nati sunt & quo differāt. Nunc ostendit quibus artibus consequi gloriam possint: & duas esse dicit rerum bellicarum & litterarum. ¶ Multi ut Scipiones. Marius & innumeri de quibus histo storici scribunt. ¶ Tua autem etas. Tibi fili diffiditur per rem militarem aditus ad gloriam. Nam hoc tempore natus es quo non iusta nec contra externos hostes: sed impia & a ciuibus contra ciues gesta sunt bella. ¶ Altera Cesaris. Altera Pompeii. Quo tanta &c. in hoc bello inquit q̄uis ciuile fuerit non modicam gloriam comparasti. ¶ Ale. equitum turme. uir. Cum trepidant ale non alarum equites ob huius ale dicte sunt: quia his pedites clauduntur alarum iure. undiq; enim in lateribus exercitus equites disponebantur. ¶ A sum. ui. Pompe. ¶ Equitando. bene equitando inter equales. ¶ Iaculando he artes omnes adolescentium sunt fortium. ¶ Tolerando. ut uigilias inediam longa itinera. ¶ Pariter. cum repu. quia uicto Pompeio respu. occidit & tua laus una non enim habuisti postea ubi tuam uirtutem exerceres. ¶ Mihi autem &c. quid de uirtute dixi nolim existimes me ideo dixisse: ut te laudarem: sed ut iuuentutis officia declarem. ¶ Vt igitur in reliquis rebus superiore uolumine dixi prestantiora esse ea qui animo q̄ que corporis uiribus geruntur: sic etam commendatio adolescentis magis proficiscitur a modestia & pietate in parentes: q̄ a uiribus corporis. Illa enim etas optimis moribus & disciplinis intenta esse debet & regi consilio sapiētium. ¶ Persequimur. studiose sequimur & complectimur. ¶ Gratiores. maiorē gratiam afferunt & gloriā q̄ ea que fiunt uiribus corporis: ut est res militaris. ergo maior est laus adolescenti & cōmendatio ad gloriam a modestia: & pietate in parētes: & affectione prestantissimorum uiroꝝ q̄ a militia & his oibus que uires corporis desiderant. ¶ A modestia. ut seruet modū in oibus actionibus & sit pius in parētes: in suos beniuolus: uerecūdus & pudicus: unusquisq; (inquit Pla. in legibus) nisi mēte captus sit: & timet & honorat parētes & rursus seniores re & uerbo unusquisq; reuereat: & si ultra. xx. annos excedūt tanq̄ parētes honoret. ¶ Cōmendatio: laus: qm̄ nihil est utilius in uita q̄ ut ne qd nimis. ut socrates dicit. & re[..]tiit. Terētius: Horatius in sermo paternū institutū sic celebrat. Ipse mihi custos incorruptissimus oīs Circum doctores aderat: quid multa pudicū. Qui primus uirtutis honor seruiat ab oī. Non solum a facto: uerum opprobrio quoq; turpi. ¶ Facillime aūt ponit nunc de quo adolescētes facile cognoscūtur: cum. s. adherēt claris & sapiētissimis uiris: & illos affectant. Dant enim signū future uirtutis & optimi igenii. Quod uirtutum studio flagrare uī cum frequētes sunt apud doctores uiros & probatissimos. ¶ Claros. clari noīs propter res gestas & optimos mores. ¶ Bene consulentes reipu. qui rēpu. amauit & illius studiosi sunt. si frequentes assidui. i. si frequētant domū clari uiri & sapiētis & si ipsum cause officii affectantur frequens locus dicit a multis cōcelebratus: & frequētes dicunt assidui clari uiri. i. assidue cū illis uersantur. ¶ Publii. Rutilii. probat id qd dixit exēplis. Publius inquit Rutilius famā & iuris ciuilis & innocentie secutus ē: qm̄ frequētabat domum Mutii sceuole: qui ius ciuile callebat: & uir optimus habebatur Rutilius Stoicoꝝ disciplina sectatus innocētissimus habitus est proconsul in Asia fuit: & prouinciam ab iniuriis publicorum defendit. Vnde equestrem ordinē sibi inimicum fecit: quoniā equites erant publici. i. publicos sumptus ministrabant rediens romam repetundarum accusatus est: & a iudicibus qui ex equestri ordine erant in exilium actus: postea cū reuocaretur ab exilio redire noluit & Smyrne exulans uita functus est: multa opera multaq; industria. Rutilius fuit: ut cicero scribit in Bruto: qui erat propterea gratior q̄ idē magnū munus de iure respōdēdi sustinebat. Panetii auditor fuit: prope perfectus. Stoicus. ¶ Cōmēdauit. cōmēdatione dignum reddidit domus Mutii quē frequētabant. ¶ Nam. L. quidē crassus non aliunde: nō ex domo aliena & consuetudine uirorū clarorū: sed sibiipsi peperit gloriā ex accusatione Carbonis in Bruto scribit. C. Cicero Crassus uersatus est in omni genere causarū mature in locū principū oratorum uenit accusauit carbonem eloquentissimum hominem admodū adolescens summā ingenii non laudem modo: sed etiam admirationē consecutus est. ¶ Non est mutuatus. nō aliunde q̄ accepit ab illa accusatione. ¶ Nobili. que crassum nobilitauit. ¶ Gloriosa. que crasso adolescenti gloriā attulit. ¶ Et qua etate iuuenili: idest adolescentia. Vt de demosthene qui postea omnes grecie oratores superauit. Demosthenes mortuo patre Demosthene sub tutoribus uixit: sed cum per etatem licuit tutoribus suis diem dixit: multaq; in eo uarie subterfugientes scribens & se in his rebus exercens tandē non sine periculo & industria superauit: a quibus q̄q̄ recipere quātum sibi subreptum erat non potuit: tamen id assecutus est: ut audacia dicendo & consuetudinem nactus gustata causarum orandarum dulcedine fame ac potētie in

MARS.

Res militaris ars romana

Pompeius a cesare superatus.

Ale. exercitus.

Legio.

F.M. expositio.

Adolescētes debent regi consilio sapiētū.

Parentes & seniores honorandi. i. Parentū institutū

Iudiciū optimū adolescētis.

Frequēs. locus.

Frequentes.

Rutilius sceuolā sectatus est publicani.

Rutilii exitus.

Vide de crasso.

Demosthenes.

medium prodi statuerit:& ad reipub.carmina se conferre.Hec igitur causa ianuā demotheni ad gloriā & honores patefecit.Ea etate adolescentia:sensus.❡ Crassus in sua adolescentia p̄meditatus causam in foro egit & id exercuit in oculis omniū:q̄ illi fuisset laudi si domi sine publica exercitatione cogitasset:qm̄ pueri & adolescētes in fictis causis se exercere debēt in umbra & domi omnia premeditari priusq̄ prodeant in lucē: & in ueram aciem descendant. Laudatus igitur fuit Crassus:q̄ ea in foro egerit que potuisset domi cū laude ,ppter etatē meditari etiā tum ,ppter etatem:qm̄ erat ad modū adolescens & nō requirebatur ad eam etatē ut ueras causas in foro ageret sed & in umbra preluderet & domi meditaretur id qđ postea obeundū fuisset.Fecit igitur Crassus supra uires etatis.unde maximā sibi gloriam cōparauit:qm̄.C.Carbo.dānatum sua accusatione in exilium miserat.Inde cū consul prouinciam obtineret(ut autor est Vale.maxi.lib.iii.)galliam atq̄ in eam.C.carbo.cuius patrem Crassus damnaret ad speculanda consulis acta uenisset:non solum eum inde non submouit:sed insuper locum ei in tribunali assignauit:nec ulla de re nisi eo in consiliū adhibito cognouit.Itaq̄(inquit Vale.)acer & uehemēs carbo.nihil aliud gallica peregrinatione consequutus est:q̄ ut animaduerteret sontē patrē suum ab integerrimo uiro in exilio missum. L .crassus tribunus plebis.C.carbonem.accusauerat ad populam seruus carbonis scrinium ad tribunum attulit in quo multa poterant inueniri que illam accusationem adiuuarent.Crassus seruū cathenis ligatum cum scrinio intacto remisit.Sed cū duplex sit diuidit Cicero modum loquendi in duas partes:scilicet sermonem & contentionem. idest eloquentiā quam ad gloriam consequēdam plus ualere dicit q̄ sermo ualeat: qui tamen multum prodest ad animos conciliandos alliciendosq̄.& declarat Cicero quid sit contentio.❡ Ratio.modus.❡ Duplex loquēdi . sermo qui est accōmodatus & finitimus quotidiano sermoni.❡ Dictu.ut dicatur.i.uix potest dici quantū sermo affabilis alioꝝ animos conciliet.❡ Animos hominum beniuolentiā.❡ Extant epistole.confirmat exēplo & auctoritate prudentissimoꝝ hominū sermonem accōmodatum esse ad animos conciliandos.❡ Extant.adhuc leguntur & sunt in manibus hominū.Philippus rex Macedonū pater fuit Alexandri magni:ex cuius successoribus fuerūt Antipater & Antigonus.Cassander fuit filius Antipatris.Accepimus:audiuimus fuisse prudentissimos.❡ Precipiunt suis filiis. ❡ Benigna oratione.humanis uerbis & sermone pre se ferente comitatē.Deliniant:demulceant beniuolos reddāt. Que autē in multitudine:nunc agit de contentione orationis que maximā gloriam excitat.❡ Vniuersam totā gloriam:quoniā sola eloquentia adeo ualet ad gloriam cōparandam:ut nullo alio adiumento indigeat.❡ Sepe dicit: quoniā id non semper accidit.Interdū.n.eloquentia non laudē:sed odium atq̄ inuidiā parit nisi recte quis utatur iam prestanti dono nature:qđ ad salutē non ad perniciem hoīum datum est.Vnde eloquētia debet cū prudētia iusticiaq̄ coniungi ut cumulatissima laude digna sit.❡ Magna est.n.ratio quare eloquētia sepe totā excitat gloriam. Plato dicebat oratoriā facultatē animis hoīum imperare:eosq̄ ad quoscūq̄ uelit motus impellere:& eius opus esse per maximū in fortunarū atq̄ perturbationū cognitione cōsistere.Causa:nō nuda(inquit Plutar.)est orationis uis: sed ut ait Thucydides uite dignitas atq̄ existimatio innocentie abstinentieq̄ preclara.❡ Copiose.quantū ad ueritatem orationis.Fabi⁹ lib.x.ait.Locuples & speciosa uult esse eloquētia.Feratur ergo nō semitis:sed campis nō uti fontes angustis fistulis colligatur:sed ut latissimi amnes totius uallibus fluat:ac sibi uiam si qn̄ nō acceperit faciat. ❡ Sapienter:prudenter:qm̄ qui temere utitur eloquētia:nec admiratione: nec laude dignus est grauitas adiuncta orationi & pondus sententiaꝝ plurimum dignitatis affert & glorie:& in adolescentia maxime in qua raro grauitas inest.Fabius in ulti.sic scribit.Hinc etiā illud est quod Cicero pluribus & libris & epistolis testatur dicendi facultatē & ex intimis sapiētie fontib⁹ fluere.❡ Apud iudices in genere iudiciali.❡ Apud senatū in genere deliberatiuo.Tria sunt genera causarum:iudiciale:demonstratiuū:deliberatiuū:in quibus utimur eloquētia.❡ Maxima etiam oratio inquit habita copiose & prudēter excitat sepe uniuersam gloriā:sed maxima est admiratio in genere iudiciali:cū aliquis accusatur aut defenditur:qm̄ genus iudiciale difficillimū est.❡ In iudiciis genere iudiciali.❡ Quoꝝ iudicioꝝ: & eloquentia qua in iudiciis uersatur.❡ Laudabilior:qm̄ dono nature ad utilitatem hominū non ad perniciē(nisi cum causa necessaria suberit)uti debemus.❡ Probata:laudata & accusatori honori fuit & glorie . ❡ De Crasso qui admodum adolescēs.Caium Carbonē accusauit.Marcus Antonius orator qui disputat apud Ciceronē in libris de oratore:auus fuit Marci Antonii triūuiri:quē Antoniū oratorē syllanas partes secutū Caius Marius necauit.❡ Publii Sulpitii.Sulpitius Caium Norbanū:qui postea cum Mario iuniore consul fuit accusauit q̄ seditiosus esset ciuis & partibus optimatū aduersaretur:quas Sylla contra Marianos obnixe fouebat.Dicebatur Cicero Norbanus bellum aduersus Syllam instaurare:& ideo a Sulpitio accusatus est:que accusatio famā eloquentie Sulpitio adolescēti fecit.❡ Sed hoc accusare alios in qnta in Verrē actione scribit.Omnes qui alterū iudices nullis impulsi inimicitiis: nulla priuatim lesi iniuria:nullo premio aducti in iudicium reipub.causa uocant prouidere debent:nō aliquid honoris in presentia tollant:sed etiā quantum in oēm uitam negocii suscipere conentur.Legem.n.sibi indicunt innocentie:continētie:uirtutū oīumq̄ qui ab altero rationē uite reposcunt.❡ Reipublice causa pro utilitate reipub.❡ Vt duo luculli.M.Lucullus & L.Lucullus fratres.L.Lucullus(autore Plutarcho)adolescēs cum priuatus nullū adhuc in republica magistratum gessisset.Seruilio auguri:qui patrē accusauerat de publice pecunie peculatu diem dixit. Visa est res clarissima romanis & omniū laudata cōsensu.Id.n.accusandi studium uel sine priuata occasione haud id ignobile uidebatur:quinimmo plurima delectatione eos mirari laudareq̄ iuuenes cōsueuerūt: quos scelestis & flagitiosis hominibus censeris generosos catulos acerrime cernerent incumbentes.Ingenti itaq̄ in eo iudicio orta contentione cū uulnerati quidam.Aliquot preterea fuissent occisi:euasit tamen accusationē Seruilius:hec igitur accusatio reipub.causa fuit quoniā accusauerūt Seruilium de peculatu.i.de furto publico. Lex iulia de peculatu eos pauit qui pecuniam uel rempublicam:uel sacram:uel religiosam furati fuerint.❡ Patrocinio.cum clientes nostros lesos defendimus:& Cicero patronus fuit Siculoꝝ cōtra Verrē qui p̄tor siciliā expilauerat in quē extāt Cicero actiones.❡ Pro sardis orōnes.Cice.pro sardis cliētibus suis nō extant:unde huius patrocinii causa ignorat᷑ Iulius cesar orator.L.Silius de quo supra q̄ fuit frater Catuli.❡ Industria:studiosus labor.L.Fusii uenit in lucem:cū Manliū accusauit.❡ Semel igit᷑ Cicero.p̄cipit concludēs raro accusandū esse ipsis adolescētibus.tn̄ cū aliq̄n sit reipu.tribuendū nō priuate utilitati.❡ Sin erit:si erit aliqs cui necesse sit accusare reip.cā accuset.❡ Hoc muneris offm̄ & laborē

Antipater. Antigonus. Cassander. Eloquētia gloriam comparat. Eloquētia nūq̄ inuidiā cōcitat. Eloquētia spaciosa. Tria genera causarum. Iudiciale genus est difficillimū. M.Antonius. P.Sulpitius. Seruili⁹ euasit. Lex iulia de peculatu. Adolescētes raro accusare debent. Modesta incusatione uti debemus.

accusandi. ¶ Cuius reip. debemus animaduertare in illos qui reipu. aduersantur que omnia continet: & cuius debemus esse studiosi. Tamen quis oporteat accusare tamen adhibeatur quedam mensura in accusando: ne animo ferino uideamur esse: homo enim ab homine non est alienus. unde carpendi sunt maxime qui studio accusandi tenentur: & scelera fingunt: ut animi efferatam libidinem expleat & iugulo alterius intenti humilitatē deserunt quo nihil potest excogitari dementius nihil turpius nihil denique libero homine indignius. ¶ Duri inexorabiles: ferrei. ¶ Vel potius uix hominis quoniam deposuit humanitatem & non est homo nisi nomine tantum qui alios in capitis discrimen adducit. ¶ Id inferre periculum. capitis accusatione. ¶ Periculosum ipsi. quoniam parat sibi inimicos & bonum nomen (si quod habebat) amittit cum accusator dici potest quoniam nati sumus. ut prodesse uelimus cōplurimis & ad humanā societatem tuendā fouendāque omni ope & auxilio. ¶ Sordidū. turpe & obscenū. ¶ Cōmittere. efficere & peccare in hoc ut possit accusator appellari. ¶ Quod ut accusator nominaretur. M. Bruto. idem Cice. in Brutum scribens ad Brutum dicit hisdem temporibus. M. Brutus in quo magnū fuit Brute uuinus generi uestro qui cum tanto nomine esset patreque optimum uirum habuisset. & iuri speritissimū accusationes factitauerit: ut Athenis Lycurgus. Is magistratus non petiit: sed fuit accusator uehemens & modestus: ut facile cerneres naturale quoddam stirpis bonum generauisse uitio deprauate uoluntatis. In ii. de oratore sic ait. In omni oratione Crassus uel apud centum uiros contra Sceuolam uel contra accusatorem Brutum. Fabius lib. xii. sic scribit. Mutuo autem nasci & egere omni ratione satius fuisset q̄ prouidentie munera in mutuā perniciem conuertere. ¶ In primis inter primos. Atque etiam hoc datur generale preceptum innocentē nūq̄ esse adducendum in discrimen capitis quoniam id nunq̄ potest fieri sine scelere. ¶ Accerses. uoces in periculum uite & iudicium. ¶ Nec tamen sensus est nemo innocens accusandus est nec est contra religionem defendere aliquando hominem nepharium: hoc a Panetio accepit qui dicebat licere patrono etiā nocentē defendere. & Cice. in hoc agit causam suā qui aliquando defendit in iudicio nocētes. ¶ Vt hoc neminem innocentē in iudicio capitis accrescere. ¶ Religioni. religio est metus dei & scientia diuini cultus. Religio (ut ait Sulpitius) dicta est que propter sanctitatem aliquam remota ac seposita a nobis sit quasi a relinquendo dicta. Religiosi (inquit Macro.) sunt qui facienda & uitanda discernunt. ¶ Religioni officio. ¶ Nepharīū sceleratum. ¶ Impium erga patriam & etiā religionem. Aliquādo dicit non semper: quoniā id esset cōtra officium: & mali patrocinio confici ad nocendum irritarentur. Cū phocium atheniensis uir probissimus reprehenderetur q̄ hominem improbū in iudicio defendisset. At nemo bonus respondit tali patrocinio indiget. ¶ Multitudo populus qui propter imperitiā quod omnino uelit iusticiam ignorat. ¶ Cōsuetudo quoniā tales illis defendere cōsueuerunt. ¶ Humanitas: qua ducimur ad hominem conseruandū. unde Cesaris dementia in delinquente atque humanitas semper laudabitur de quo Cice. in oratione pro. M. Marcello. Nulla est tanta uis tāta copia que non ferro aut uiribus debilitari frangique possit. Verum animum uincere: uictoriam temperare: iracundiā cohibere: aduersarii nobilitate: ingenio uirtute prestantē non modo extollere iacentem: sed etiā amplificare eius pristinā dignitatem hec qui faciat non ego eū summis uiris comparo. sed simillimum deo iudico. Et pro. Qu. Ligario. Nil est enim tam populare q̄ bonitas. Nulla de uirtutibus tuis plurimis nec gratior nec admirabilior misericordia est: homines. n. ad deos nulla re propius accedunt q̄ salutē hoibus dando. ¶ Iudicis est ponit iudicis officiū in causis & patroni qui causam clientis defendit. Socrates apud Platonē in apologia sic ait. Non. n. ad hoc sedet iudex ut per gratiam concedat. sed ut iudicet secundum leges atque id iureiurando promisit: non per gratiam cuiuscūque libuerit condonare. ¶ Est iudicis pertinet ad iudicem. ¶ Patroni est tueri uerisimile. quod cū uideatur esse contra officiū Cicero. excusat autoritate Panetii stoici qui hoc suis officiis probat. ¶ De philosophia que uerū querit & iusticiam omnibus anteponit: estque magistra uite & expultrix uitiorum. Veritas (inquit Aristoteles primo moraliū) omnibus rebus anteponenda est. Maxime autem dicit Cicero. tunc maximam gloriam parari defensoribus cū aliquem oppressum a potentioribus defendunt quos non timent pro ueritate & humanitate oraturi ut ipse fecit pro Roscio contra Syllam & Chrisogonum hominē nephandissimum. Sextus Roscius pater huius Rostii Amerinus fuit diues & gratia & hospitiis hominū nobilissimorum florens ad balneas palatinas. Rome rediens a cena occiditur. L. Cornelius Chrisogonus manceps hois nobilissimi factus est. Tria predia Capitoni data sunt. Titus Roscius noie Chrisogoni in reliquas omnis fortunas impetū fecit: tandē cum hunc Sextum Roscium filiū e medio tollere nō posset. quoniā Romam confugerat: & magna diligentia uita eius custodiebatur apud Ceciliā nepotis filiā que ipsum domo eiectum fugientē minas inimicorūque tela recepit q̄ patrem necasset accusauerūt quē Cice. oratione que adhuc extat defendit natus septē uiginti annos. L. Sylla fecit & Metello Piso consul. Adolescens: cū esset adolescens. Dominantis. quoniā erat dicator. ¶ Opes summā potentiā. Dominari pprie tyrānice imperare. & Sylla suam tyrānidem nomine dictature tegebat. Fabius lib. xii. sic scribit. Neque erit perfectus orator nisi qui honeste dicere sciet & audebit.

Accusator odiosum nomen.

Insons nunq̄ accusandus.

Religio. Religiosi.

Phociū atheniēsis.

Cesaris demētia.

Iudicis & patroni officium.

¶ Quomodo debemus uti liberalitate ad captandam multitudinis beniuolentiam.

Indigens opera succurrit hic ere sed alter.
Ista benigna: tamen altera splendidior.

☞ Beneficiorum alius solam indigenti largitur pecuniam: alius uirtutum suarum ministram confert operam: illius quidem beneficentia laudabilis huius sublimior.

S Ed expositis adolescentum officiis que ualeant ad gloriā adipiscēdam deinde de beneficentia ac liberalitate dicendum est. Cuius

S Ed expositis. Docet qua liberalitate captanda sit multitudinis beniuolentia. ¶ Ordo est. Sed expositis officiis idest postq̄ exposita sunt officia adolescentum que ualeant ad gloriam adipiscendam idest acquirendam dicendum est deinde idest consequenter de beneficentia ac liberalitate cuius est duplex ratio. Nam aut opera idest operatio & obsequium laboris fit bene indigentibus idest iis qui indigent ea: aut pecunia fit scilicet indigentibus hec posterior idest que est in pecunia est facilior presertim locupleti scilicet diuiti: sed illa scilicet prior que est in operis exhibitione est lautior idest

ASCE.

Ordo.

ad lautum hoc eſt clarum & mundum magis ſpectans ac pro &. i. ſplendior & dignior uiro forti & claro. enim pro quia q̄q̄ uoluntas liberalis gratificandi. i. gratum faciendi eſt in utroq;. i. in utriuſq; officii exhibitione: tamen altera uidelicet pecunia depromitur. i. capitur ex archa. altera uidelicet opera depromitur ex uirtute. ſ. aut corporis aut animi induſtria: ꝙ pro & largio que fit ex re familiari. i. ex pecunia aut ſuppellectili exhaurit. i. deſiccat & extinguit ipſum fontem benignitatis. i. exhibitionis beneficii: hoc eſt exhaurit pecunias quibus exhauſtis non amplius largiri poſſumus: & ita benignitas tollitur benignitate. i. cogitur definire largitio pecunie per eius largitionem. qua. ſ. benignitate quo. i. quanto in plures uſus ſis eo. i. tanto poſſis uti in. erga minus multos. i. pauciores. At. i. ſed. ii. ſup. qui erunt benefici & liberales: opera. i. uirtute & induſtria: & primum quo. i. quanto pluribus profuerunt. eo. i. tanto plures habebunt adiutores ad faciendum benigne. Deinde erunt paratiores beneficētie. i. ad bene faciendum. conſuetudine. i. ex ipſa aſſuefactione & erūt tanq̄ exercitatiores ad promerendum bene de multis Philippus accuſat preclare Alexandrum filium ſuum quadam epiſtola: quod ſectetur largitione. i. per largitionem beniuolentiam macedonū. inquit enim ſup. Philippus ad Alexandrum quod malum rationis. i. que mala ratio uel potius legamus quid ut malum ſit interiectio & ordo ſit. Malū. i. cum mala gratia tua dicam quid rationis inducit te in iſtam ſpem. ut putares eos fore. i. futuros eſſe fideles tibi quos corrupiſſes pecunia an tu agis id ut Macedones non putent te regem ſuum: ſe miniſtrum & prebitorem hoc eſt largitorem quod. i. que res eſt ſordidum: idem turpe regi. Melius etiam ſupple eſt ꝙ dixi largitionem eſſe corruptelā. Enim pro quia: is qui accepit fit deterior. i. minus ualens: atq; paratior ad expectandum ſemper id idem. i. largigitionem. Ille ſcilicet Philippus ſupple ſcripſit hoc filio. ſed putemus preceptum ſupple eſſe omnibus. Quamobrem ideſt qua de cauſa: quidem ideſt certe id nō eſt dubium: quin illa benignitas qua conſtat ex opere & induſtria ſit: & ideſt pariter honeſtior & ꝙ ſupple pateat latius. & quod poſſit prodeſſe pluribus tamen largiendum eſt: nonnunquā ideſt aliquando nec hoc genus benignitatis: quod ſcilicet fit per largitionem eſt repudiandum omnino & impartiendū ſe ideſt oporteret impartiri: hoc eſt partem facere ſepe de re familiari hominibus idoneis indigentibus: ſed diligenter ſup. impartiendum eſt atq; moderate ideſt cum modo & menſura. Enim pro quia: multi effuderunt ideſt dilapidauerunt patrimonia ſupple ſua: largiendo inconſulte. Autem pro ſed: quid eſt ſtultius q̄ curari ut non poſſit facere diutius id quod facias libenter quaſi dicat nihil tale autem quid eſt immoderata largitio. Atq; rapine ſequuntur etiam largitionē. Enim pro q̄a largitores ſup. prodigi q̄. i. poſtq̄ ceperunt egere. i. egeſtatem habere dando. i. per ni

ERAS. Largitiones multis cauſis uitanda Beneficentie ratio duplex.

ERAS. Largitiones tum ſordide: tum peſtifere.

eſt ratio duplex. Nam aut opera benigne fit indigentibus aut pecunia facilior eſt: hec poſterior locupleti preſertim. Sed illa lautior ac ſplendidior & uiro forti claroq; dignior. Quanq̄ enim in utroq; in gratificādi liberalis uoluntas: tamē altera ex archa: altera ex uirtute depromitur Largitioq; que fit ex re familiari. fontem ipſum benignitatis exhaurit. Itaq; benignitate benignitas tollitur. Qua quo in plures uſus ſis. eo minus in multos uti poſſis At qui opera. i. uirtute & induſtria benefici & liberales erunt primum quo pluribus profuerunt eo plures ad benigne faciendum adiutores habebunt. deinde conſuetudine beneficentie paratiores erūt & tanq̄ exercitatiores ad bene de multis ad promerēdū. Preclare in epiſtola quadā Alexandrū filiū Philippus accuſat ꝙ largitione beniuolētiā Macedonū conſectet'. Quod te malū inquit rationis in iſtam ſpem induxit. ut eos tibi fideles putares fore quos pecunia corrupiſſes. An tu id agis ut macedones non te regem ſuum: ſed miniſtrum & prebitorem putent. quod ſordidum regi melius etiam q̄ largitionem corruptelam dixit eſſe. Fit enim deterior qui accipit. atq; ad idē ſemper expectandū paratior hoc ille: filio ſed preceptum putemus omnibus. Quāobrem id quidem non eſt dubium: quin illa benignitas: que conſtat ex opera & induſtria honeſtior ſit & latius pateat & poſſit prodeſſe pluribus. Nonnunq̄ tamen eſt largiendum: ne hoc benignitatis genus omnino repudiādum eſt: & ſepe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impartiendum: ſed diligenter atq; moderate. Multi enim patrimonia effuderunt inconſulte largiendo. Quid autem eſt ſtultius: q̄ quod libenter facias curare ut id diutius facere non poſſis. Atq; etiam ſequuntur largitionem rapine. Cum enim dando egere ceperunt alienis bonis manus afferre coguntur. Ita cum beniuolentie comparande cauſa benefici eſſe uelint: non tanta ſtudia aſſequūtur eorum quibus dederunt quanta odia eorum quibus ademerūt. Quamobrem nec ita claudenda eſt res familiaris: ut eam benignitas aperire non poſſit: nec ita reſeranda ut pateat omnibus. Modus adhibeaturiſq; referatur ad facultates. Omnino meminiſſe debemus id quod a noſtris hominibus ſepiſſime uſurpatū. Iamq; in prouerbii cōſuetudinem uenit largitionem fundum non habere. Et enim quis poteſt eſſe modus cū & hi qui conſueuerunt & illud idem alii deſiderent.

miam largitionē ipsi su p. cogunť afferre manus alienis bonis.i.rapere aut furari aliena. Ita.i.& sic cū.i. qm̄ ipsi uelint esse bñfici causa beniuolētie cōparādē.i.ut cōparēt.i.acquirāt beniuolentiā ipsi nō assequūtur.i.acqrūt tanta studia .i.uota & fauores eoꝝ quibus dederūt quāta odia ipsi assequunť eoꝝ quibus ademerūt.i.abstulerūt sup. bona sua. Quamobrē nec res familiaris claudēda est ita:ut benignitas nō possit aperire eā:nec est reseruanda.i.aperiēda ita ut pateat oībus.Modus.i.quedā moderatio adhibeať:qꝫ pro & is.s.modus referatur ad facultates. Nos debemus meminisse omnino id qd̄ usurpatū.i.assumptū est sepissime a nostris hominibus qꝫ pro & quod sup.uenit iam in cōsuetudinē prouerbii largitionē non habere fundū:idest stabilimentū. Etenī idest nā certe qs modus pōt esse sup.in largitione cū & hi qui cōsueuerunt & alii idest qui non consueuerunt idest desiderant illud.i.largiri:quasi dicat nullus.

S Ed expositis.Postq̄ exposui ea quibus gloria adolescentibus paratur exquiritur id qd̄ sup.proposuerat.Nā loquēs de largitionib9 dixit:male res se habet cū id qd̄ uirtute effici debet tentať pecunia.Sed qm̄ nōnunq̄ dicebat hoc subsidiū necessari.i est:quemadmodū sit utendū eo:dicemus si prius de his rebus que uirtuti propiores sunt dixerimus:q̄ partē postq̄ Cice.absoluitque uirtuti propior est:utitur trāsitione disputaturus de liberalitate atqꝫ beneficētia probatqꝫ pluris esse opera & studio aliis adesse q̄ pecunia:& sic utilius est & laudabilius industria q̄ pecunia beniuolētia cōparere & gloriā atqꝫ aliorū animos demereri.Et qm̄ beneficia:aut ad singulos:aut ad uniuersos pertinēt prius dicet de his que ad singulos spectant inde de his que ad uniuersos remp.ibi.Sed qm̄ de eo genere.℄ Sed expositis &c.dixit de adolescentū officiis nunc dicit de beneficentia & liberalitate qua nō adolescentes sed omnis etatis uti cōuenit plurimū,autē conferunt ad gloriā parandā.Cuius beneficentie qua beniuolentiam querimus & gloriā.Ratio.modus.Duplex qm̄ duobus modis benefici esse possumus. ℄ Nam opera probat quare est duplex ratio.& sic ponit duplicē modum ipsius beneficētie.℄ Opera labore & industria:ut cum aliquem oppressum gratuito defendimus aut docemus consulimusqꝫ cuipiam qd̄ illi maxime expediat.℄ Facilior.qm̄ diues facile potest indigentibus subuenire.℄ Sed illa que fit opera & ingenio.℄ Laudatior.maioris fame copiosior & laudabilior.Lautus dicitur sumptuosus & opulentus.Iuue.de regulo.Qui se lautū atqꝫ beatū Exiguis tabulis ac gēma fecerat unda.Splēdidior.maioris splendoris & glorie.℄ Quāq̄.n.ratio quare est dignior claro uiro.℄ In utroqꝫ.in opera prestanda atqꝫ pecuniis.℄ Altera.que fit pecunia procedit ex arca.℄ Altera.que fit studio & opera:procedit a uirtute.ergo quāto uirtus prestabilior est pecunia.tāto prestabiliora sunt officia que a uirtute proficiscuntur officiis que a pecunia manant.℄ Largitio.que fit ab effectu utriusqꝫ ostendit liberalitatēque a uirtute proficiscitur esse prestabiliorē pecuniaria largitione.℄ Exhauri fontem.qm̄ largiendo pecunie absumuntur:& dum benigni largitionibus esse uolumus:ipsa benignitas tollitur:qm̄ pecuniis consumptis tali benignitate erga alios uti possumus:cuius contrariū est in uirtute.℄ Fontem.ipsas pecunias:que sunt fons quidā a quo manant riuuli.i.actus liberales tollitur. consumitur.Qua benignitate.in dandis pecuniis.℄ Quo.quāto.℄ Eominus.multominus:qm̄ consumptis pecuniis non potest actus liberales exercere.℄ Atqui opera.probat a cōtrario effectu duplici.s.ex causa uirtutis beneficentiam prestabiliorē esse quantum ad alios:& etiā ad se.℄ Primū.Ponit primā causam quo ad alios.℄ Quo.quanto. ℄ Eo:tanto.℄ Habebūt adiutores qm̄ hi qui ab alio adiuti sunt uirtute doctrina:cōsiliis:& similibus possunt & ipsi iam edocti alios adiuuare.Vnde carpendi sunt hi q musas uendunt:quas ipsi ab aliis gratuito acceperunt.qm̄ homo homini prodesse debet maxime officiis & prudētie preceptis tradendis:ut Cicero facit: & oēs philosophantes studio se factitarunt relinquentes posteris precepta ad bene beateqꝫ uiuendum:quibus bene instituti aliis prodesse possunt.℄ Deinde ponit alteram partem quantū ad se:qm̄ ipsa consuetudine liberalitatis hoīes cupiunt alios atqꝫ opera sua & studio demereri.℄ Ad bene promerendū promereor interdū significat beneficia confero.Vergi.in.iiii. Ego te que plurima fando Enumerare uales nunq̄ regina negabo Promeritā.i.te dedisse & in nos contulisse bñficiā que potes enumerare.Promereri aliquando est idē qꝫ mereri & demereri:ut in hoc loco. Vnde dicimus de multis bene promereor in.i.multos beneficia cōfero:& benemeritus sum de repu.in quā beneficia & operā meam contuli. Ideo dicit Cice.ad bene ꝑmerendū de multis.i.de multis.i.in multos talia officia cōferendi.Preclare.Confirmat id qd̄ dixit autoritate & sn̄ia Philippi regis macedonū qui filiū.Alexandrū reprehendit qꝫ largitionibus arbitraretur macedones reddere sibi fideliores.℄ Preclare.bene & prudēter.℄ Consectetur parare studeat & aucupari.℄ Cuius est ratio duplex tribus modis iuuare hoīes possumus:oratione:opera:& pecunia.De oratione quomodo & ꝑdesse possumus dictū est.Nunc qm̄o opera & pecunia iuuare possumus:precipiet & operā pecunie proponit ratio autem. ℄ Quoniā quātomagis pecuniā exhibet quispiā:tantominus ipse habet.at uero in opera idē non contingit: nō.n. minuitur & si frequētissime prestatur:immo crescit. Nam consuetudine benefaciendi augetur etiam benefaciendi uolūtas operā uolunt ad beneficentiā referri:pecuniā ad liberalitatē ut illa sit cum labore corporis inanius hec cum nummariū cōferimus presidiū.℄ Hec posterior.s.ratio conferende pecunie.℄ Sed illa.s.opera. ℄ In utroqꝫ genere &c.℄ Vtraqꝫ ratio & pecunie & opere uoluntarē pre se fert benefaciēdi.sed pecunia extrinsecus opera intrinsecus: uidelicet a seipsa ab ingenio cōsilio uiribus corporis & animi.℄ Largitio que fit rōne probat anteponendā esse liberalitatē que ab onere proficiscitur.℄ Fontē &c.quia quāto plura largiris tanto minus habes:& sic liberalitas liberalitatē exaurit.℄ Atqui &c.non idem iis accidit qui operā impartiuntur hominibus & uirtute alios iuuant atqꝫ industria.℄ Primū quo plures &c.non quēadmodū qui pecuniam largitur impotēs fit ad largiendū: ita qui operam prestat impotēs fit immo crescit opera & recte quidē:qui a uirtute animi procedit:ea autē que a uirtute gignuntur perpetua sunt & contra illa liberalitas que fit per pecunias liberalitatem extinguit:at uero hec que opera fit auget. Quoniā quāto pluribus profueris:tanto plures adiutores habebis ad benigne faciendū.℄ Eo plures eosipsos adiutores ad benefaciendū habebunt quos opera iuuabunt.Nā illos obligabunt sibi & opera eoꝝ utentur in benefaciendo aliis quando opus fuerit.℄ Deinde consuetudine & qui suam operam aliis prestant ipsa consuetudine promptiores fieri uidentur ad bene de multis promerendū.℄ Preclare.autoritate probat quid rationē probant.est ergo locus ab autoritate.℄ Quod te malum.hec erant uerba Philippi.i.que mala mens & ratio hoc persuasit:& que imprudētia.℄ Id agis ad hoc deueniens id acquiris.℄ Quod sordidū regi.s.esse dixit.i.turpe & indecorū.℄ Melius etiā.s.dixit:quoniā largitionem dixit esse corruptelā:quippe ut superiore uolumine dictū est largitio:& accipitur in

MARS. Quod uirtute effici debet non pecunia tenetur. F.M.

Duplex beneficētia.

Lautus.

Musē nō debent uendi.

Promereor promereri.

Largitio i malam



partē acǂ cipitur.

malam partē ad aurē.s.popularē captandam & corrūpendos aíos. ¶ Fit enim deterior.probat quare largitio melius dicatur corruptela. ¶ Ille Philippus:precepit hoc filio:sed prodest oíbus. ¶ Quuāobrē . cōcludit Cicero per ea que iā dicta sunt benignitatē & beneficentiā qua industria cōstat honestiorē esse latius & patere:qm̄ ad plures se extēdit: qđ manifestissimū est. ¶ Honestior.plus honoris afferēs & laudis.Et latius pateat ad plures se extendat:& pluribus prosit. ¶ Nonnūq̄ tamen quāuis(inquit Cicero)illa sit laudabilior:tamen de hac liberalitate pecuniaria cum opus est uti debeamus seruatis oíbus circunstantiis que superiore libro dicte sunt cum de ipsa libertate agebatur. ¶ Hoc genus liberalitatis pecuniarum. ¶ Ideo eis:qm̄ dandum est quibus oportet:& quantum oportet:& non quibusuis & quantūuis. ¶ Sed diligenter.ponit modum ne largitione facta temere:& nulla habita ratione rei familiaris patrimonia effundantur donandum igitur est pro ratione facultatum. ¶ Impartiendum.dandum. ¶ Multi enim.probat ab effectu quare sit diligēter & moderate largiēdū.Et Aristo.dicit in.iiii.mora.Liberalē oportere esse similē sciēti: ut latius suo loco dictū est. ¶ Effuderunt.temere dilargiti sunt & patrimonia cōsumpserunt. ¶ Inconsulte.i.imprudenter pro ratione facultatum. ¶ Quid aūt est stultius.q.d.nihil:immo prudens est qui stulto opponitur curare:& id quod libenter facit diutius facere possit. ¶ Atq; etiam:proponit aliud malum quod sequitur ipsam largitionem. ¶ Illi enim.qui patrimonia effuderunt rapinis animum intendunt:quod est contra iusticiam . & sic maius odium sibi parant rapiendo q̄ gratiam largiēdo:quo nihil potest esse dementius. ¶ Studia uoluntates beneuolētiam.Quāobrem dat optimum preceptum qūo tali largitione utendum sit:hoies.s.non debere auaros esse nec prodigos: sed largiendum esse pro facultatibus. ¶ Benignitas.liberalitas. ¶ Reseranda aperiēda:ut omnis possint illam accipere quoniam esset prodigalitas. ¶ Modus.mensura mediocritas secundum facultates.i.diuitias & patrimonia. ¶ Largionem.Cicero reprobat omnino afferens prouerbium antiquorum qui dicebat largitionem non habere fundum .i.finem & modum:quoniam hi qui accipere consueuerunt id semper desiderabant:& illud idem alii.unde fit processus in infinitum quousq; oía exhausta sint. ¶ Is modus fiet pro ratione diuitiarum. ¶ Vsurpatum.sepe dictum est. ¶ Nostris hominibus romanis rempu.gerentibus. ¶ Fundum.finē. ¶ Etenim quis potest.declarat quid intelligatur hic per fundum.Fundus enim est ima pars alicuius rei que aliquid continet:& fundum dicimus finē. Vnde Sene.dicit.Sera parsimonia est in fundo non enim tantum minimum in imo:sed pessimus remanet.Modus.mēsura finis. ¶ Illud idem largiri.Alii que non consueuerunt : etiam desiderant uti largitione ad captandos fauores.

Quatenus largiēdum sit.

ASCE. Ordo.

O Mnino &c.Ponit discretionem inter largum & prodigum Ordo est.Duo genera sunt omnino largorum.i. eorum qui largi sunt quorum alteri.i.uni sunt prodigi alteri.i.reliq sunt liberales. ¶ Prodigi sup. sunt qui profundū.i.procul a se fundunt.i.immoderate consumunt & expēdunt pecunias suas in eas res : quarum aut nullam oíno memoriam relicturi sunt aut breuē:utpote epulis & uiscerationibus.i.conuiuiis populo datis & muneribus gladiatorꝝ.i.gladiatores populo pro quodam munere exhibent:q; pro : & apparatu.i.pompa ludorū utpote scenicorū aut circēsium aut similium quibus populus delectatur. Aut pro sed : liberales sunt qui aut redimunt suis.i.propriis facultatibus.i.diuitiis captos a predonibus aut suscipiunt.i.a se capiūt es alienum.i.debitum aliorum soluendo illud pro eis causa amicoꝝ:aut adiuuant.s.amicos egenos &:in collocatione filiarū.s.cū uiro dando.s. dotem aut partē eius aut opitulantur .i. cuiuis opē ferunt:uel in querenda.i.acquirenda re:uel in augenda. Itaq;:& ita ego miror qd uenerit.Theophrasto in mentē.i. quid cogitauit aut dicere uoluit in eo libro quē.s. de diuitiis in quo.s.libro sup . dicit multa preclare illud absurdum sup.dicit.Etenim ipse multus.i. copiosus:& prolixus sup.est in laudanda magnificētia & apparitione munerum populariū .i.que populo exhibeantur: q; pro &:putat facultatē talium sumptuum.i.potestatem faciendi tales sumptus esse fructum diuitiarum. Aūt pro sed ille fructus liberalitatis cuius pauca exēpla posui:uidetur mihi multo maior & certior.Quanto grauius & uerius.q.d.muto aut infinito graui⁹ & uerius Arist.reprehēdit nos: q non admiremur has effusiones pecuniaꝝ q̄ sunt ad deliniēdam.i.mulcēdam & palpandā ac captandā multitudinē.At pro sed:reprehē

Qui prodigi.

Qui liberales.

ERAS. Mirari i malam partem.

¶ De liberali & prodigo.

Munificum quis sit rationis stamine monstrat
Nec laudat cuius prodiga dona uidet.

☞ Liberalem a prodigo secernit illius uirtutem extollens huius damnans ignauiam.


Mnino duo genera sunt largorū: quorū alteri prodigi alteri liberales prodigi q epulis & uisceratiōnibus & gladiatoꝝ muneribus ludoꝝ uenationūq; appatu pecunias ꝓfundūt in eas res quarū memoriā aut breuē aut nullā sint relicturi oíno.Liberales aūt q suis facultatibus aut captos a predonius redimūt:aut es alienū suscipiūt amicorū cā:aut in filiarū collocatiōe adiuuāt opitulātur.uel in requirēda uel augēda . Itaq; miror qd in mētē uenerit Theophrasto in eo libro quē de diuitiis scripsit in quo multa preclare illud absurdū.Etenī multus in laudāda magnificentia & apparitiōe populariū munerū taliūq; sumptuū facultatū fructū diuitiaꝝ putat. Mihi aūt ille fructus liberalitatis cuius exēpla pauca posui multo & maior uidetr & certior . Q uāto aristoteles grauius & uerius nos repħēdit.q has effusiōes pecūiaꝝ ñ admiremur q̄ sunt ad mltitudinē deliniēdā.At hi q ab hostibus obsidentr :si emet aq̄ sextariū mina cogerētr hoc primo icredibile nobis uideri oēsq; mirari.Sed cū attēderint ueniā necessitati dari i iis imanib⁹ iacturis ifinitisq; sumptibus nihil magnope mirari cū ꝑserti nec necessitati

subuēiatᷣ.nec dignitas augeatᷣ.Ipsaq; illa delinitio multitudinis ad breue exiguūq; sit tempus.eaq; leuissimo quoq; animo in quo tamē ipso una cum sacietate memoria quoq; moriatur uoluptatis.Bene etiam colligitᷣ hec pueris & mulierculis & seruis seruorum similimis liber esse grata.Graui uero homini & ea que fiunt iudicio certo ponderanti probari posse nullo modo.

di.s.uideri nobis incredibile:& nos oēs mirari si hi qui obsidentᷣ ab hostibus cogerentᷣ emere sextariū.i.uas capiens tres amphoras & sex nodios aque mina.i.grādiuscula pecūia.sed sup.reprehēdit q; cū.i.q̄uis sup.oēs attēderint.i.cognouerint ueniā dari.i.qd uenia dari debeat necessitati qua coguntᷣ aquā tāti emere tñ sup.eos nihil mirari magnopere.i.uehementer in his immanibus.i.usq; terrorē magnis iacturis.i.dānis & ꝓfusionibus.q; ꝑ &:infinitis sumptib⁹ p̄sertim cū.s.in talibus sumptibus q fiūt in ludis & uisceratiōibus nec subueniatᷣ.i.succuratᷣ(impsonaliter dicit)necessitati:nec dignitas augeatᷣ : aduerte lector si ordo mihi p̄stātior uisus est q̄ exponēdo uiderim ꝑ uideretur & mirari ꝑ mirareᷣ.p̄terea nō uideᷣ constare cōstructio legēdo nos magnope mirari:cū uerbo attēderint:sed pgo:q; ꝑ &.cū sup.illa ipsa delinitio multitudinis sit ad breue & exiguū tempus:q; pro &:cū sup.ea sit.ab quoq; leuissimo aīo.i.ab oī malo leui & subtili ipso.s.facto leui memoria uoluptatis moriatur.quoq;.i.ēt una.i.pariter cū ipsa satietate.Colligitur.i.cōcluditᷣ ēt bene hec eē grata pueris & mulierculis & seruis & liberis hoībus q̄tū ad cōditionē status.sed simillimis seruoꝝ.s.in aīo & moribus.Vero ꝑ sed colligitur sup.hec nullo mō posse ꝓbari.i.ꝓbāda uideri hoī graui:& pōderāti certo iudicio ea que fiūt.

MARS.

o Mnino duo genera.Ponit duo genera eorū q aliis largiunᷣ.ꝓdigos q improbanᷣ: & liberales q iusta laude digni sunt.❡Prodigi.declarat qui sint prodigi.❡Epulis.epulū ꝓprie est publicū conuiuiū.qd in ꝓpatulo frequētibus ciuibus exhibetur in magnificētie ostentationē.❡Epule sunt cibi in nostrū usum cōparati.Dapes sunt in sacrificiis.Lucullus epulū sepe p̄bebat:& crassus publicū epulū populo dedit & tres minas in singula ciuiū capita.❡Viscerationibus.uisceratio est cū carnes crude dantur populo & noīe uiscerationis ueniunt eo comparate ad mensam:sed tñ incocte.In feriis latinis dabanᷣ carnes in albano latinis tantū.Vnde Cice.in oratione pro planco uolēs ostēdere paucitatē latinoꝝ dixit.Quibus e municipiis uix iam qui carnē latinis petant inueniuntur.uisceratio dicta est a uiscere.i.carne:nā uiscus est quicqd latet sub cute.❡Gladiatoꝝ.gladiatores exhibebanᷣ in theatro:& inter se digladiabanᷣ ad spectantiū oblectationē:quoꝝ magister lanista dicebaᷣ.gladiatores(ut autor est Stra.)Rauēne educabanᷣ optime & cōmode.Hec q̄ ꝓdigo tribuit Cice.Arist.in.iiii.mora.magnifici munus esse dicit his uerbis.Ad magnificentiā ptinēt ea q̄ pro rep.liberaliter fiūt ut si aliquo in loco ludos splēdide facere oportere putant:aut p̄fecturas subire nauiū:aut etiā pulū publicū exhibere.❡Oīno &c.Hic Cice.ostēdit qd sit uera liberalitas & q̄ in cōtraria uita.ois ut dicimus uirtus in mediocritate posita est &c.In uerā partē inclinauerit: siue ad defectū: siue ad excessum uitiū eē incipit.Nō igiᷣ loqtur de uitiis q̄ sunt circa liberalitatē & primū de uitio excessus uidelicet ꝓdigalitate qñ largimur ubi nō cōuenit & qbus nō cōuenit & plus q̄ cōuenit:deinde de uitio p defectū:qñ nec ubi nec qñ nec q̄tū cōuenit largimur:auariciā hec dr̄ oīno cōtraria est liberalitatis.Cū ꝓdigalitas nō nihil habeat similitudinis cū liberalitate:qa sicut liberalis largiᷣ:ita & ꝓdigus:sed differūt:qa hic arrogat cui debet qñ & q̄tū debet:hic cōtra facit &c.❡Venationū:q̄ fiebāt in theatro.❡Profundūt.i.ꝓdigaliter absumūt.Liberales aūt declarat q sunt liberales & qd sit coꝝ offm̄.❡Es alienū si oberratis amicis subueniūt & pecuniā quā ipsi debēt creditorib⁹ soluūt:& hoc est dissoluere es alienū.❡Collocatione.cū amici filias maritāt:nā collocare filiā maritare est.❡Opitulanᷣ.opē afferūt ad querēdā rem familiarē aut augēdā.Itaq; miror miraᷣ Cice.Theophrastū laudasse id qd ipse ad ꝓdigum ptinere dixit:laudatq; Arist.q talia reprehēdit.❡De diuitiis.Theophrast⁹ Arist.discipul⁹ unū librū de diuitiis scripsit in quo disputat fructū & usum ei diuitiaꝝ esse magnificentiā & ea in qbus magnificētia spectetᷣ.❡Preclare optime & laudabiliter dixit.❡Illud absurdū.s.dixi.i.male rōni minime cōsonū.hec duo opponunᷣ absurdū & id qd est cōsonū rōni:omne necessariū cōsonū rōni at nō ecōtra.❡Impossibile.collocaᷣ sub absurdo:sub rōne collocaᷣ necessariū.Absurdū est cū malus uir laudat iusticiā:at nō ipossibile.Omne ipossibile absurdū est:sed nō omne absurdū est ipossibile.Ideo Aristo:dicit i.i.phisi.Si absurdū decet appellare id qd esse nō pōt Cice.accipit absurdū largo modo.s.minime rōni cōgruū:qd ꝓbat dicēs:est em̄.❡Multus.copiosus & multa uerba i hoc cōsumit dictū est supra qd sit magnificētia.❡Munerū.spectaculoꝝ q̄ populo exhibenᷣ ād oblectationē.Mun⁹ absolute significat id qd gladiatores exercēt:postea cū additionib⁹ pro aliis actionib⁹ accipiᷣ:ut munus orādi:legēdi &c.Cic.accipit hic munera pro oī apparatu spectaculoꝝ q̄ populo exhibebātur q̄ munera ut Cice.uideᷣ ꝓdigi sunt:nō liberalis cōfundit Cice.liberalitatē & magnificentiā:sed ꝓpriū utriusq; mun⁹ loco suo dictū est.❡Facultatē:potētiā.❡Quē posui.ut redimere captiuos:es alienū dissoluere:& similia q̄ ad liberalitatē ptinere dixit.❡Graui⁹ prudētius & maiori sn̄iarū pondere.❡Effusiones.ꝓfusas largitiones.Deliniēdā ad captādū populi fauorē qd bonū ciuē nō decet.❡At hi q ab hostib⁹ obsidētur(inqt Aristo.)admiranᷣ oēs pecuniarū effusiones & ꝓbāt:sed hi q obsidenᷣ tpibus adducti plus equo pro uita tuēda agēdaq; ipendūt oēs mirātur & ipossibile uī & anteq̄ rē ꝓdigāt uituperāt.cū tñ illud pmittaᷣ pp necessitatem.qd cū ita sit mirātur:tñ & dānāt:sed ꝓbāt in manes iacturas & sumptus infinitos qd est absurdissimū:& contra prudētiā.accusare.s.eos q obsessi sextariū aque minia emūt qd cōcedendū est:at nō decet uituperat eos q in re nō necessaria effundūt pecunias.Incōueniens est igiᷣ illud dānare & laudare.❡Hoc est emere sextariū aque mina.❡Videri uidereᷣ.Mirari pro mirarētur.❡Sed cū attenderint:cognouerint & itellexerint.i.q̄uis cognouerint dari ueniā necessitati.❡Iacturis dānis & pecuniarū effusionibus.Iactura ꝓprie est dānū qd fit in mari.sed accipitur pro quocūq; dāno & bonoꝝ effusione.❡Immanibus magnis.Infinitis.imensis.❡Nihil magnopere mirari pro non ualde miramur.cū nō subueniaᷣ necessitati.❡Dignitas hoīs laus & uirt⁹.❡Delinitio cōsiliatio fauoris popularis.Exiguū qd munus est q̄ breue.Quoq; quocūq; aīo leuissimo.Sueto.quarto quoq; aīo dixit in quo ipso in qbus sumptibus & populi delinitione.❡Sacietate fastidio.❡Liberis natis ex ingenuis parētibus qui ꝓpter abiectū animū & leuitatem seruis simillimi sunt grauibus autē uiris:& nihil sine ratione agentibus non placet.❡Certo firmo & stabili.

Epulum
Epule.
Dapes.
Viscera-
tio.
Viscus.
Gladia-
tores.
Lanista.
Fran.M.
Exposi-
tio.

Es alie-
num sol
uere.
Colloca
re filiā.
Absur-
dum.
Impossi
bile.

Munus.

Sextariū
aque mi-
na eme-
bant.
Iactura.
Delini-
tio.
Exiguū.

ASCE. Ordo.

Quanq̃ intelligo in nostra Persequit de edilitiis muneribus. ¶ Ordo est. Quanq̃ sup. censeo tales largitiões eẽ leuiũ hominũ. tamen sup. intelligo. Vel construatur cũ sequẽtibus ut subaudiatur tamen ibi in quibus omnibus &c. ut sit tñ uides quid placeat mihi in oĩbus q̃q̃ intelligo. inueterasse .i. inueteratã consuetudinẽ esse in nostra .i. romana ciuitate. iam bonis .i. magnis tẽporibus. ut splendor .i. celebritas sumptuosa edilitatũ .i. in edilitiis muneribus & que ediles potissimũ curules exhibebãt postulet .i. exigat & expetatur ab optimis uiris itaq; .i. ita Publius Crassus diues cũ cognomine. tũ copiis. hoc est cum euidens sit q̃ diues sup. fuit cognomine: tum .i. tunc sup. multo euidẽtius est quod sup. fuit diues copiis .i. rebus ipsis functus est munere edilitio maximo .i. maxime sumptuoso. Et lucius Crassus functus est paulopost edilitate magnificẽtissima cũ Quinto mutio collega .s. suo existente moderatissimo oĩum hominum. Deinde .C. Claudius fili⁹ Apii & multi luculli post. Item Hortẽsius & Syllanus sup. functi sunt maximo edilitio munere. Autẽ pro sed Publius Lentulus uicit .i. superauit in sumptu me consule .i. cũ ego essem consul oẽs superiores. Scaurus etiã imitatus est hunc uero ꝑ sed munera nostri Pompeii .s. magni sup. fuerunt magnificẽtissima in secundo consulatu .s. eius. In quibus oĩbus q̃q̃ .s. intelligo a magnis uiris exhibita tamen sup. o Marce fili tu uides quid placeat mihi tamẽ .i. tametsi prodigalitas uituperanda est: tamẽ suspitio auaritie est uitanda .i. non sic euitabimus prodigalitatẽ: ut uideamur auari. Nã pretermisso edilitatis .i. muneris edilitii attulit mamerco . homini ditissimo repulsam consulatus .i. fecit eum repelli a consulatu quẽ petebat: quare .i. q̃obrem & si sup. edilitium munus postulatur a populo faciẽdum est uiris bonis si nõ desideramus attamen approbantibus modo .i. dũmodo sup. fiat pro facultatib⁹ .i. secundũ facultates: ut .i. sicut nosipsi facimus. Et si quando .i. aliquando aliqua res maior aut utilior acqritur largitione populari

ERES. Edilitia munera ERAS. Mos antiquitus decimã partem herculi cõsecrare ut ditescerẽt: unde decimam herculanam partem. Plautus noiat. Assishic hereum nũmum significat.

¶ De edilitiis muneribus.

Indebiti quis uitandi maxime sumptus.
Est color ex longo tempore sepe datus.

☞ Licet ex prudentum opinione prodigi in spectaculis & edilitate sumptus uituperentur ex permissa tamen consuetudine fiunt licentiosi.

Quanq̃ intelligo in nr̃a ciuitate inueterasse iã bonis tẽporibus ut splendor edilitatũ ab optimis uiris postuletur. Itaq; Publius Crassus cũ cognomine diues tũ copiis functus est edilitio maximo munere. Et paulopost Lucius Crassus cũ oĩum hominum moderatissimo. Quinto Mutio magnificentissima edilitate functus est. Deinde .C. Claudius A pii filii. Multi post luculli. Hortẽsius. Sillanus. Oẽs autẽ publius lentulus me consule uicit superiores. Hũc ẽt Scaurus imitatus. Magnificentissima uero nr̃i Põpeii munera scd̃o cõsulatu in q̃bus oĩbus qd mihi placeat uides uitanda tñ est suspicio auaricie. Nam Mamerco hoĩ ditissimo ꝑtermissio edilitatis cõsulatus repulsam attulit: quare & si postulat a populo (bonis uiris si nõ desiderãtibus attñ approbãtibus) faciẽdũ est mõ pro facultatibus nosipsi ut fecimus. Et si qñ aliqua res maior aut utilior populari largitiõe acq̃rit ut Oresti nup prãdia i semitis in decume noĩe magno honori fuerũt. Ne marco quidẽ seio uitio datũ est q̃ in charitate ãnone asse modiũ populo dedit. Magna .n. se & inueterata inuidia nec turpia iactura qñ erat edilis nec maxima liberauit. Sed honori summo nuper nostro Miloni fuit q̃ gladiatoribus emptis reip. causa q̃ salute nr̃a cõtinebatur oẽs Publii Clodii conatus furoresq; compressit.

idest per largitionẽ que fit populo: ut .i. queadmodũ prandia in semitis .i. que sunt in semitis noĩe .i. pretextu decume idest tanq̃ decime idest herculi persoluantur fuerunt nuper idest pauloante: Oresti: ciui illi romano magno honori idest ad magnum honorẽ. Nequidem .i. non etiã datum est uitio Marco seio .i. Marcus seius non uituperatus est: q̃ in caritate annone .i. cum annona esset multum cara: & esset penuria frumenti dedit populo: modium .s. frumenti asse .i. precio unius assis .i. nũmi arci liberalis. Enim pro quia: ipse liberauit se magna & inueterata inuidia: nec turpi iactura .i. nõ per turpe dãnum: quãdo .i. quãdoquidẽ erat edilis .i. qñ decebat eum: nec turpe hoc erat cum esset edilis: qd̃ priuato forte dedecori fuisset. nec maxima sup. iactura. idest & nõ per maximã iacturã hoc est neq; turpe nec q̃ sane magnã fecit iacturã: & tñ liberauit se a magna inidia populi cum inuisus erat. Sed fuit nostro Miloni nuper summo honori q̃ cõpressit oẽs conatus & furores Publii Clodii: & hoc gladiatoribus emptis & sup. populo in harena exhibitis cã reip. que continebatur idest que tunc consistebat in sup. nostra salute .i. salutatione mei .s. Ciceronis.

q Vanq̃ intelligo. dixit Cice. talia non placeret grauibus uiris & in se pensi aliquid habentibus ut notet romanorum instituta & disciplinam qui ab optimis uiris in edilitate spectacula & sumptus inanes postulabãt. ¶ Inueterasse. assuetudine uenisse in usum. ¶ Bonis temporibus. quibus respu. bene gerebatur. ¶ Splendor edilitatis maximus apparatus & splendida spectacula edilium duo erant ordines edilium (autoritate Plutar. in uita Marii) Vnus in quo ipsi ediles in iure dicendo sellis curuos pedes habentibus ut uidebãtur: inde ediles curules dicti: & erant maioris dignitatis & hic magistratus dicebatur maior edilitas. Inde marius eodem autore maiorem edilitatem petiit. Alii ediles uocabantur populares quibus publice & priuate edes cure erant & tales ediles exhibebat populo: ludos: uenationes sternebant uias: cõstruebant aqueductus & similia. ¶ Ediles ut habetur in lib. dige. preerant edilibus in quibus omnia scita sua plebs deferebat. proponebant & ediles curules edictum de quibusdam causis Vnde est libris dige. titulus de edilitio: de quo dicetur in sequenti uolumine, Sylla dictator uoluit non licere

MARS. Inueterasse. Ediliũ ordines. Ediles curules. Ediles populares.

aliquē prius esse pretorem q̄ questorē: nec prius cōsulem q̄ pretorē. Petebatur prius edilitas: inde questura postea pretura: & post illā consulatus. ¶ Itaq; &. P. Crassus ponit nomina dictissimorū uirorū & ciuitatis facile principū. qui ingentes pecunias in edilitate prodegerūt. ¶ Itaq; propterea quia exigebatur splendor edilitatis: ēt ab his qui optimi uiri habebant' Crassus diuitiis potēs munere edilio splendide fructus est. Primus crassus cognominatus diues decoxit auto. Pli. Crassus. ccc. talenta ex paterna hereditate accepit. priusq̄ in parthos proficisceretur septē militū & .c. talentorū summā coegit: cū ēt facultatū suarū decimā partē herculi consecrasset. & publicū epulū dedisset populo ac tres minas in singula ciuiū capita contulisset. ¶ L. Crassus orator primus romani nominis peregrini marmoris columnas habuit hiemitias. nec plures. sex aut longiores. xii. pedū quē. M. Brutus iniuriis ob id uenerem palatinā appellauit. In domo qui Lucii crassi oratoris fuerat. M. Scaurus habitauit in palatio erat hic domus. ¶ Copiis facultatibus. ¶ Maximo splendidissimo sine aliqua supputatione pecuniarū. L. Crassus orator de quo dictum est collega L. Crassi in edilitate erat. M. Sceuola moderatissimus. ¶ Magnificentissima magno sumptus in edilitate fecit. ¶ Luculli. duo Luculli fratres quorū alter dicebatur. M. Lucullus alter. L. Lucullus qui ut (autor est Plutar.) erga fratrē beniuolentiā summā ostendit. nā cum maior natu esset solus: tamen nullū in repu. magistratū inire uoluit uerū legitimum fratris moratus etatē: ut eius quoq; ratio haberi hac humanitate apud populū greciā conciliauit: ut uel absens una cū fratre edilis declaratus esset Lucullus romanorum ferme ditissimus estimatis bonis (ut autor est Diony.) lib. v. decimā partem Herculi dedit epulū prebens quotidie ac multa profundens. ¶ Syllanus. seruiliā Canis uticensis sororem uxorē habuit. ¶ P. Lentulus. Ciceronis amicus: & cuius precipua opera ab exilio reuocatus est ad quē extant ipsius epistole. Cicero rediit ab exilio. xvi. mense post fugā cū summa gratulatione totius italie Lentulo & Philippo consulibus Philippus erat pater Martie uxoris Catonis. Me consule. cū ego essem consul (inquit Cicero.) ¶ Scaurus imitatus. M. Scaurus (ut supra dictū est) Scauri filius principis senatus priuignus Sylle fuit & in sua edilitate patrimonium fere cōsumpsit de quo Pli. lib. xxxvi. docebimus insaniā Caii & Neronis imperatorū uitā priuatis opibus. M. Scauri cuius nescio an edilitas maxime prostrauerit mores ciuiles maiusq; sit. Sylle malum tanta priuigni potētia q̄ proscriptio tot miliū: hic fecit in edilitate sua opus maximū oīum: que nunq̄ fuere humana manu facta nō temporali mora. uerū eternitatis destinatione. Theatrū hoc fuit in quo posuit tria milia signorum equorū. i. statuas ex ere cuius theatri cauea capit octingēta milia hominū cum amphitheatrū. Pompeii. xl. tantū caperet. Magnificētissima maximarū impensarū. ¶ Pompeius cōsul. Crasso. cōtra parthos profecto theatrū Rome erexit gymnasia uarii generis: sed in eius cōsecratione (ut scribit Plutar.) musicū certamen exhibuit uenationes p̄cepta quibus q̄ngenti leones cesi elephantos: deinde horrendū dirūq; spectaculū. ¶ Ex his iterū in admirationē populi atq; beniuolentiā ductus magnam in se conflauit iniuriā q̄ ueteribus amicis militiā prouinciasq; decernens: ipse per amena Italie loca cū uxore Iulia genio indulgeret. ¶ Quid mihi placeat uideas. q. d. o Marce fili talia mihi nō placēt: sed aperte nō dixit p̄pter Pompeiū quē uiuū amauerat & mortui memoriā colebat: tamen q̄uis inquit talia non probē: tamen suspitio auaricie uitāda est: que pōt alicui obesse in maioris honoris petitione: & p̄bat hoc exēplo Mamerci qui cū uoluisset esse edilis p̄buit auaritie suspitionē quare in petitione consulatus repulsam habuit. ¶ Quare & si postulatur cōcludens precepit qui in tali re agendū sit petente populo. ¶ Si postulatur munus & splēdor edilitatis. ¶ Bonis uiris. dat cautionē faciendū se esse id quod a populo petitur si boni uiri approbāt quibus stomachū facere non debet bonus ciuis dū populū largitionibus & muneribus delinire & captare studet. Et p̄ hoc Cesarē notat. qui inuitis partibus legē agrariā suscitauit & uariis largitionibus populū sibi deuinxit: & magnificentissimo munere edilitatis. ¶ Pro facultatibus. pro ratione diuitiarum. Illi. n. qui ultra q̄ res domestica patitur impendūt carpendi sunt. q̄m es alienū cōtrahere cogunt'. Vnde Plinius edilitatē Scauri notat his uerbis Eligno Cicero Curio funebri munere patris cū opibus apparatuq; superare Scaurū mitteretur. Vnde. n. illi uictricus Sylla & Metella mater p̄scriptionū sectris. Vnde. M. Scaurus totiens princeps ciuitatis & Marianus sodaliciis rapinarū p̄uincialiū sinus: & Cesar post edilitatē. xxx. &. lxxx. talenta debebat creditoribus. Cesar (inquit Pli. (primus in edilitate munere patris funebri omni apparatu harene argēteo usus est. C. Antonius ludos in cenā argētea fecit. Itē. L. Munera. ¶ Nos ipsi ut fecimus in nostra edilitate inq̄t Cice. nā scribit Plu. quid fecerit Cice. in sua edilitate de qua paulopost dicetur. Et si q̄m aliud preceptū primum fuit si postulatur a populo: & non improbatur a bonis. Alterū est si acquiritur ex ipsa largitione res maior utiliorq;: & ponit exemplū Orestis ciuis: qui ut gratiā populi iniret: prandia in semitis populo exhibebat simulans se id agere eo aīo ut Herculi bonorū suorum decimam persolueret: q̄m opes illorū augeri putabant' qui decimā Herculi dedissent. Diodorus lib. v. sic scribit. Potitius & pinarius iter Aborigenes p̄stantiores Herculem honorifice exceperūt: qui ut gratiā referret dixit eos q sibi uita functo & inter deos relato decimā bonorum dicarent feliciter uicturos: q̄d & euenisse usq; ad hoc tēpus constat. Multi. n. romanorum non solū mediocri censu: sed ditissimi sunt habiti decimasq; Herculi uouerunt: postea fortunatiores facti bona ad quattuor talentorum milia Herculi sacrarunt. Luculus romanorum ferme ditissimus estimatis bonis decimam partē Herculi dedit. M. Crassus (ut dictū est) etiā decimam partē bonorum Herculi cōsecrauit. Sylla (ut autor est Plutar.) ex uniuersis fortunis Herculi decimā sacrificans sumptuosissima exhibuit populo cōuiuia in quibus tanta prodigalitate usus est ut plurima oīs generis cōdimenta deiicerentur in fluuiū & quadragenariū ac supra uinum potaretur. ¶ Nuper non multo ante. ¶ Nomine decime hoc pretextu ut diceret se soluere decimam partē bonorū Herculi: & sic in uiis dabat populo prandia: in honorē herculis hoc tamen simulabat: ut captaret populi fauorē. ¶ Ne uitio datū est non fuit reprehensum. i. Seius non fuit ob id accusatus tanq̄ captaret auram popularē. ¶ In charitate penuria frumēti populo rem gratā fecit: q̄m exiguo precio dabat modiū annone: asses fuerunt erei ac unius libre: unde as dicebatur nūmus libralis. Inde dupondius ex duabus libris: & sextertius duarum librarū & semis. ¶ Magna. n. se. ratio quare non fuit illi uitio datum sensus est. M. Seius qui ob auaritiam iam pridē a populo habebatur odio: ea se infamia liberuit hoc suo dāno: q̄ uituperari non potest. Igitur ut honori nostro consulamus. Interdū largiendum est ipsa largitione modum non excedente. ¶ Nec turpi. non uituperabili: quoniā dicebat edilem talia facere. ¶ Sed honori summo hoc dicit in gratiā. Milonis qui Clodiū Cice. capitalē inimicum in silua aricina interfecit: emptis ad eam rem conficiendam gladiatoribus: quorū duos nominat Pedianus

Silla dictator.
Edilitas q̄stura.
Pretura Consulatus.
Crassus diues.
L. Crassus primus orator.
Duo luculli.
Amor fraternus
P. lētulus
Theatrum amphitheatrū amplissimum.
Suspicio auaricie tolerāda.
Cesarē notat.
Orestes prādia populo exhibuit.
Decime Herculi dicate.
Sylle in luxuriā epulo.
Quadragenarū uinum.
As.
Dupondius.
Sestertius
Aliquādo largiendum esse.
Clodii necatores.

Asconins Fridanū emburiā: qui cum Clodianis manus cōserere ceperunt Milo ut Cice. Clodiano furore liberaret: gladiatores in sua edilitate cōparauit. ¶ Causa reip. pro repu. defendēda. ¶ Que salute nostra cōtinebatur. Laudat se Cice. & ostēdit Milonē non errasse in opprimēdo Clodio pro salute ipsius Cice. qui Clodio ciui turbulentissimo aduersabatur. Clodius (autore Plutar.) Ciceronē ab exilio reuocatū armata manu occidere tentauit: & in domū impetu facto redēptoribus fugatis lapides & colūnas disiecit. Tandē inualescēte indics Clodii in Cice. furore Clodius preturā petiit ad oia perturbāda: tandē a Milone Ciceronis amico īterfectus est nec abfuit suspicio (inquit Plutar.) Ciceronē eius cedis autorē suasorēq; fuisse. Erat Clodius uir cū nobili genere ortus tū diuitiis eloquētiaq; preclar9. Nulli aūt uulgatissimoꝝ ad fastidium usq; ad hoium superbiā & procacitatem secundus Plinius Milone notat dicens. Itaq; & ipsum Milonem sestaria septingenta milia eris alieni debuisse inter prodigia humani animi duco.

Plutar. de Clodio. Clodius nobili genere nat9 est. ASCE.

Largitio in qbus considerauda.

ERAS. Nostro quidem āno emphasis ē.

¶ Causa igitur cōcludit ostēdens que largitio conducat. ¶ Ordo est. Igitur causa Largitionis est: aut necesse est: aut utile est sup. largiri. Autē pro sed regula mediocritatis est optima his ipsis. s. rebus quidē. i. certe. Lucius Philipp9 filius Quinti Fabii existens uir magno īgenio: & in primis. i. inter primos clarus solebat gloriari se adeptū esse. i. obtinuisse oia que haberent amplissima. i. oēs dignitates amplissimas sine ullo munere. i. sine exhibitione ullius muneris. Cotta curio dicebat idem q. s. Lucius Philippus. Licet quoq;. i. etiam nobis gloriari quodāmodo in hoc. i. in hac eadem re. Nam pro amplitudine honorū quos adepti sumus cunctis suffragiis. i. uotis omnium sane exiguus. i. ualde paruus sumptus. i. expēsa edilitatis fuit quidē. i. certe nostro anno quod. i. que res contigit nemini eorū quos nunc iam modo paulo ante. Atq; pro &: ille impense que sequunt sunt meliores q̄ sup. largitiones. s. muri. i. qbus fiunt muri ciuitatis naualia. i. loca in qbus fiunt naues portus ductus aquarum: q; pro &: omnia que pertinent ad usum reipub. Quāq̄ id quod datur presens tanq̄ in manu est iucundius. i. delectabilius: tamen hec. s. naualia portus &c. sunt gratiora. i. magis utilia in posterū. i. ad futurum tempus ut ad gloriā propagandā. Ego reprehendo uerecundius. i. parcius & modestius theatra. i. spectaculoꝝ edificia: porticus. i. in quibus quis portari possit sub tecto ambulacra & noua templa propter Pompeiū. i. quia Pompeius earum rerum studiosus fuit sed doctissimi sup. philosophi non probant sup. taliū extractionem ut. i. quēadmodum: & ipse Panetius quē ego multum secutus sum in his libris. Et phalereus Demetrius qui uituperabat periclem principē grecie: q idest quia proiecit tantam pecuniam in illa preclara. i. notissima. s. templi Minerue propylea. i. uestibula: hoc est ad construenda ea: non interpretatus sup. est a nobis hoc loco: sed disputatum est diligenter de hoc toto genere in iis libris quos scripsi de repu. Igitur tota ratio talium largitionū est uiciosa genere. i. in generali existens sup. necessaria temporibus. i. quando oportunum: & tamen ipsa. s. ratio largitionum necessaria temporibus est accōmodāda idest proportionanda ad facultates: & est moderanda mediocritate: ita q īmodica non sit. ¶ Tota igitur concludit ostendens qua causa ducti largitione uti debemus: cum. s. aut necesse est aut utile: & in utroq; mediocritas seruanda est. ¶ His ipsis largitionibus: que fiunt aut necessitatis causa. ¶ L. quidem Philippus dānauit sup. tales largitiones quibus homines ad maiorem dignitatem cupiunt peruenire. Nam affert. L. Philippum & Cottam qui gloriabantur se consulatum adeptos sine munere edilitatis: ut ostendat hanc esse laudabiliorem uiam ad amplissimos honores: qm̄ id quod uirtute pari debet turpe est si pecunia & populari ambitione paratur: & hoc dicit: ut se etiam laudet: qui ad consulatum homo nouus peruenit. q̄uis exiguos sumptus in sua edilitate fecisset. ¶ Clarus. multi nominis: quoniā fuit eloquens & magno ingenio preditus. ¶ Idem quod. L. Philippus & Cotta curio. ¶ Quodāmodo hoc dicit ut deuitet arrogantiam: & ut simul ostendat se aliquos sumptus in sua edilitate fecisse: sed pro amplitudine honorum quos adeptus est omnibus suffragantibus nulli quodāmodo fuerunt: & sic ostendit se nouum hominem non largitionibus. sed propria uirtute anno suo. i. cum primum petere licuit post preturam peruenisse ad consulatū. Vnde Pli. ait in lib. vii. consulatus tantum operibus electus: & nomen Cice. & splendor consulem fecit Cice. filium imperante Augusto. ideo dicit Sen̄. Cice. filium que res consulem fecit nisi pater. ¶ Amplitudine honorū: consulatu qui erat honor per se amplius. ¶ Nostro anno. statim post preturam: tunc. n. licebat petere consulatum gloriatur Cice. se finita pretura creatum fuisse consulem: qd̄ non contigerat illis quos supra nominauit: q̄uis non essent noui hoies: ut erat Cice. qui de sui consulatus electione in oratione pro lege agraria apud Quirites cōtra. P. Rullum tribunum

¶ Causa igitur largitionis est: si aut necesse ant utile. In his aūt ipsis mediocritatis regula optima est. L. quidē Philippus Q. uinti fabii filius uir magno ingenio imprimisq; clarus gloriari solebat se sine ullo munere adeptū esse omnia que haberentur amplissima. Dicebat idē Cotta Curio nobis quoq; licet in hoc quodam modo gloriari. Nā p amplitudine honoꝝ quos cūctis suffragiis adepti sumus nostro quidem anno: quod cōtigit eorū nemini quos modo nominaui sane exiguus sumptus edilitatis fuit. Atq; etiam ille impense meliores sunt muri naualia portus aquarū ductus oia quæ ad usum reip. pertinent. Quāq̄ quod presens tanq̄ in manu dat iucūdius est tn̄ hec in posterū gratiora sunt Theatra porticus noua tēpla uerecundius reprehēdo propter pōpeiū sed doctissimi non probāt. ut hic ipse Panetius quē multū in his libris secutus sum non interpretatus & Phalereus Demetrius qui periclem principem grecie uituperabat q tantam pecuniam in preclara illa propylea proiecit Sed de hoc genere toto in his libris (quos de repub. scripsit) diligenter est disputatum. Tota igitur ratio talium largitionum genere uitiosa est tēporibus necessaria & tamen ipsa ad facultates accōmodanda & mediocritate moderāda est.

Phaletei uitupe rata a demetrio prodigalitas: MARS.

Arrogantiam tollit.

plebis ita scribit. Neq; me tantũmodo consulem qđ & ipsum per sese amplissimũ: sed ita fecistis: quõ pauci nobiles in hac ciuitate facti sunt. Nouus auté me nemo. Non profecto si recordari uolueritis de nouis hominib⁹ reperietis eos qui sine repulsa cõsules faci sunt: diuturno labore atq; aliqua occasione consules esse factos cũ multis annis petiissent q̃ pretores fuissent aliquanto serius q̃ per etatem ac per legẽ liceret qui autem anno suo petierint sine repulsa non esse factos: me esse unum ex omnibus nouis hominibus: de quibus meminisse possimus qui consulatũ petierint cum primũ licitum sit cõsul factus sum cum primũ petierim ut uester honor ad mei tẽporis diem petitus non ad aliene petitionis occasioné interceptus: nec diuturnis precibus affligatus: sed dignitate impetratus esse uideat̃. Est illud amplissimũ quod pauloante cõmemoraui quirites qđ hoc honore primũ me ex nouis hoĩbus multis post habitis affecistis: q; prima petitione q; anno meo: sed tantũ magnificentius atq; ornatius esse illo nihil potest: q; meis comitiis non tabellã indicem liberalitatis: sed uocé unam pre uobis indicé uestrũ erga me uoluntatum ac studioꝝ tulistis. Itaq; me non extrema tribus suffragioꝝ: sed primi illi uestri cõcursus neq; singule uoces preconũ sed una uoce uniuersus populus romanus consulem declarauit. Ideo in hoc loco dicit quos cunctis suffragiis adepti sumus. ℭ Anno nostro post preturã cũ primũ petere licuit cõsulatũ. erat. n. prefinitũ tẽpus: quo petere licebat: dixit. n. supra Syllã dictatoré uoluisse: ut non liceret petere cõsulatũ nisi post preturam: & tunc annus suus dicebatur ab eo: qui in toga candida magistratũ petebat. Noui hoĩes ante Cice. assequi nõ potuerunt cõsulatũ anno suo: sed opus fuit expectare. Vnde in eadé oratione Cice. ait cũ Marius a spe consulatus longe esset: septimũ annũ post preturã iaceret. Ideo in hoc gloriatur Cice. qm̃ primus ex nouis hoĩb⁹ anno suo amplissimos honores adeptus est. Et in oratione pro Milone dicit. P. Clodius cũ statuisset omni scelere in pretura uexare rẽp. uideretq; ita tractata esse comitia anno superiore ut nõ multos menses preturã regere posset: qui nõ honoris gradũ expectaret ut ceteri: sed ut & L. Paulum collegã effugeret singulari uirtute ciué & annũ integrum ad dilacerandam rẽpu. quereret: subita reliquit annũ suum seq; in annũ proximũ transtulit. Primo petebat̃ questura inde edilitas: postea pretura demum consulatus. Censores erant & ante consulatũ & post. In Bruto sic ait. Itaq; cũ iam pene euanuisset Hortensius & ego anno meo: sexto aũt post illum consulé consul factus esse reuocare se ad industriã ceperit. ℭ Quod contigit nemini: ut. s. anno suo cunctis suffragiis adipisceretur. Exiguus sumptus edilitatis fuit Cice. cũ esset in primis causis uersatus & in patrocinio Sicilenũ maxime in certamen uenisset: designatus est edilis ut ipse dicit in Bruto cũ designato consule Hortensio: & ut ipse testis est in oratione pro L. Murena tris ludos in sua edilitate fecit qui nam ludi fuerint in ultima actione in uerrem aperit dicens: post questurã sum designatus edilis habeo rationem quid a populo romano acceperim. Mihi ludos sanctissimos maxima cũ cerimonia Cereri. Libero. libereq; faciẽdos. Mihi floram matrẽ populi plebisq; romane ludorũ celebritate placandam. Mihi ludos antiquissimos qui primi romani sunt nominati maxima cũ dignitate ac religione. Ioui: Iunoni: Minerue esse faciendos. Mihi sacrarũ edilium procurationẽ: mihi totam urbẽ tuendam esse cõmissam: ob earũ rerum laboré & sollicitudinẽ fructus illos datos: antiquioré in senatu sententie dicende locũ: togam pretextam: sellam curulem ius imaginis ad memoriã posteritatẽq; producendã. His ludis maxime populus delectabatur: & qui nõnullis ad amplissimos honores cõsequendos suffragati sunt. Vnde in oratione pro murena. Ambitus accusato respondens Ser. Sulpitio ait. Non esse mirandum in petitione consulatus ludorum magnificentiam L. murena apud populum profuisse: delectant inquit homines (mihi crede) ludi etiam illos qui dissimulant: nõ solum eos qui fatentur: quod ego in mea petitione sensi. Nam nos quoq; habuimus. Scenã competitricem qđ si ego que tres ludos edilis feceram tamen Antonii ludis commouebar tibi qui casu nullos faceres nihil huius istã ipsam quam irrides argenteam scenam aduersatam putas. ℭ Noli ludorum huius eloquentiam: & scene magnificentiam ualde contennere que huic admodum profuerunt. Odit (inquit) populus romanus priuatam luxuriam: & publicã magnificentiam diligit. Diuus Augusti. in. ii. de trini. dei. Ciceroné his ludis sese efferenté sic taxat. Vir grauis & philosophaster Tul. Clamat in auribus ciuitatis inter cetera sui magistratus officia sibi floram matrẽ ludorum celebritate placandã qui ludo quanto deuotius tanto turpius celebrari solent. ℭ Atq; etiã nunc dicit que impense magis laudabiles sunt in ipsa repub. ℭ Muri sunt urbiũ. parietes autem domorum. ℭ Naualia sunt loca in quibus fiunt naues & conseruantur anteq̃ in aquã deducantur. ℭ Iucundius q̃ sint edificia publica magis inquit gaudet populus epulo uisceratione ludis: tamen illa sunt prestantiora: quoniã sunt diuturniora & maioris fame. ℭ Hec naualia portus & alia edificia ad usum cõmunem. ℭ Propter Pompeiũ: qui in secundo consulatu (ut dictũ est) gymnasia theatrũq; erexit cuius dimensionẽ ex theatro quod erat mytilenis attulit. ℭ Verecundius (inquit) talia reprehẽdo: ne uidear insectari Pompeiũ amicum meũ: qui in his sine aliqua supputatione pecuniarũ profusus fuit. ℭ Principẽ primũ inter grecos nominis celebritate ac fama eloquii. Preclara propilea uestibula templi. ℭ Minerue apud athenas propyleũ grece latine dicitur uestibulũ Pli. ait in uita periclis. Atarcis uestibula quinquẽnio edificata sunt. ℭ Menisicle architecto fortuna auté admirabilis que circa eam fabricã euenit: indicauit nunq̃ absuturam deam: sed adiumento operi semper futuram. Nãq; unus ex fabris laboriosissimus & promptissimus erat: cũ decidisset ex alto: & medici de salute iam desperassent dea per quieté Pericli ostendit remediũ: & sic ille liberatus est: & salubri palladi in arce positũ est signum quod phidias effinxit. Cum auté Trucidides diceret periclẽ edificando nimias pecunias effundere. Pericles populũ in concione rogauit: nunquid uideretur nimirũ impendisse: quo respõdente nimiũ sint igitur hec non uobis inquit impensa: sed mihi: & in ipsis donis meum tantũ nomen inscribam. Hec dicente pericle siue admirati eius animi magnitudiné: siue de operũ gloria certarent Atheniẽses reclamarunt iubentes ut publice sumptus faceret: nec ulli parceret impense de Phalereo Demetrio iam dictũ est. Preclara summi nominis & celebritatis. ℭ Proiecit effudit. ℭ De hoc genere toto de publicis edificiis muneribus: ludis & similibus. ℭ Libris de repu. quos in suo consulatu elucubrauit: sex fuerunt quinq; desiderantur sextum habemus qui inscribitur de somno Scipionis. tota tangitur. Cõcludit tales largitiones toto genere uitiosas esse: sed aliqua tẽpora incidere quibus necessarie sunt: cum. s. fugimus auaricie suspitioné: cum necessitati subuenitur: & tandem cum ipsa largitio non omnino ad malum finé tendit. ℭ Toto gen ere oĩno & per se. ℭ Temporibus temporũ conditione potest esse non uitiosa: sed laudabilis: & sic uti largitione interdũ erit officium a circũstantia. Accõmoda pro ratione facultatũ facienda & moderãda.

Nemo nou⁹ ante Cice. cõsul factus est q ab omnib⁹ concorditer est elect⁹ Preturã nemo nisi pfinito tempore peter̃ audebat.

Cẽsores ante & post cõsulatum fiebant.

Ludi tres a Cice. edili exhibiti.

Muri. Parietes.

Largitio iterdum est offiñ a circunstantia.

ASCE. Ordo.

ERAS. Ad succurrēdū próptiores esse oportet q̄ ad ornādum. Qui calamitosi adiuuādi.

ERAS. Carmen cōtrariorum reciprocatione decētissimū.

ERAS. Paululū aliis de suo iure concedere liberalitatis species. Largitor nō sit exactor.

i N illo autē &c. Prosequitur alterū genus largorū quod ad liberales pertinet. ¶ Et est ordo. Autē pro sed nos nō debemus esse affecti uno modo.i.uniformiter in disparibus causis in illo altero genere largiendi quod pficiscitur a liberalitate. Alia causa est eius.i.in eum qui premitur calamitate & sup.alia est eius qui querit res meliores nullis rebus suis existētibus aduersis. Benignitas propensior.i.copiosior & plura propendens debebit esse in.i.erga calamitosos nisi forte erunt digni calamitate: tamen nos nullo modo debemus esse restricti.i.parci & tenaces in his qui uolent adiuuari non ut ne.i.non affligantur: sed ut ascendant altiorem gradum sed sup.debemus adhibere iudicium & diligentiā in diligendis idoneis.i.in delectu idoneorum. Nam Ennius poeta ille antiquis preclare sup.dixit ego arbitror benefacta: & locata male.i.apud indignos esse malefacta autem pro sed: quod tributum est bono uiro & grato fructus.i.cōmodum: & utilitas est tum.i.pariter in eoipso: tum.i.pariter ex ceteris sup.rebus: enim pro qa liberalitas est gratissima remota temeritate.i.si nulla adsit temeritas: q pro & pleriq laudant eam.s.liberalitatem eo studiosius q̄ bonitas.i.beneficentia cuiusq summi.i.omnis excellentis uiri: & perfugium cōmune omnium.i.ad quod omnes perfugere possint. Igitur opera danda est.i.diligentia adhibēda: ut afficiamus q̄plurimos.i.ualde multos his beneficiis quorum memoria probatur.i.porro detur hoc est manifestetur liberis & posteris: ita ut nō liceat his esse ingratis. Omnes oderunt immemores beneficii: q pro & putant eam iniuriam fieri sibi etiam in deterrenda.i.abiigenda libertate .i.putant ad odium sibi fieri dum libertatem deterrent: q pro & putant eum hostem esse cōmunem tenuiorum.i.pauperiorum q̄.s.ceteri sint. Atq hec benignitas.s.captos redimi e seruitute & etiam locupletari tenuiores.i.pauperiores: est utilis etiam reipu. quod quidem solitum fieri in nostro ordine. Videmus scriptū copiose in oratione Crassi. Ego antepono.i.prefero ergo largitioni munerū: hāc consuetudinē benignitatis. Hec.s.benignitas est gratuitum atq magnorum hominum nulla.s.largitio munerum, est assentatorum populi quasi titilantium.i.molliter tangentium ac palpantium leuitatem & uoluptatem multitudinis. Autem pro sed conuenit.i.cōueniens est tum idest pariter esse munificum in dando: tum.i.pariter non sup.esse acerbum in exigendo: q pro & conuenit sup.esse equum idest equitatis amatorem facilem.i.exorabilem & cito facientem & concedentem multis multa de suo iure in omni re contrahenda.i.in uendendo: emendo: conducendo: locando: in uicinitatibus & confiniis & sup.conuenit etiam sup.abhorrentem.i.alienum a litibus quantū liceat: & nescio an etiā paulo plus q̄ liceat.i.q̄ licere uideatur (certū.n.est q nō plus q̄ liceat: aut simpliciter: aut pro tūc). Enim p qa dedere.i.delabi nōnū q̄.i.aliqn paulū de suo iure: est nō modo.i.non

Est quibus obsequium nos des: sed iure misellis.
Qui miser alta petit: dignus hic auxilio.

☞ Docetur in quos sit liberalitatis alterum genus habendum scilicet in eos qui fortuna pressi nō timore sed honoris amore ad altiora anhelant.

In illo aūt altero genere largiendi quod a liberalitate proficiscitur: non uno modo in disparibus causis affecti eē debemus. Alia causa est eius qui calamitate premitur: & eius qui res meliores querit nullis suis rebus aduersis Propensior benignitas esse debebit in calamitosos: nisi forte erūt digni calamitāte. In his tamen qui se adiuuari uolēt non ut ne affligant᷑ sed ut altiorē gradū ascendēt restricti nullo modo esse debemus: sed in diligendis idoneis iudiciū & diligentiā adhibere. nā preclare ennius benefacta male locata male facta arbitror. Quod aūt tributū est bono uiro & grato in eo tum in ipso fructus est. tū etiā ex ceteris. Temeritate em̄ remota gratissima est liberalitas. eoq eam studiosius pleriq laudant q summi cuiusq bonitas cōmune perfugium est omniū. Danda igit᷑ opera est ut his beneficiis q̄ plurimos afficiamus quorū liberis posterisq probat᷑ memoria ut his ingratis esse nō liceat. Oēs enim immemores beneficii ōderunt eāq iniuriā in deterrenda liberalitate sibi etiam fieri eūq qui facit cōmunem hostem tenuiorū putāt. Atq hec benignitas etiā repub. utilis est redimi e seruitute captos locupletari tenuiores quod quidem uulgo solitum fieri ab ordine nostro in oratione Crassi scriptum copiose uidemus: Hanc ergo consuetudinē benignitati largitioni munerum antepono. Hec est gratuitum hoīum atq magnorum illa quasi assentatorū populi multitudinis leuitatē & uoluptatem quā si titilantium. Conuenit autem tum in dando munificū eē tū in exigendo non acerbum in omniq re contrahenda uendendo emendo conducēdo locando in uicinitatibus & confiniis equum & facile multa multis de iure suo concedentē. A litibus uero q̄tum liceat. & nescio an paulo plus ēt q̄ liceat abhorrentem. Est enim modo liberale paulū nōnunq̄ de suo iure decidere: sed interdū ēt fructuosum. Habēda est ratio rei familiaris quāquidem dilabi sine re flagitiosum est sed ita ut illiberalitatis auaritieq absit suspicio. posse.n. liberalitate uti nō spoliantē se patrimonio nimirū est pecunie fructus maximus Recte ēt a theophrasto est laudata hospitalitas. Est enim ut mihi uidetur ualde decorū patere domos

hominum illustriũ illustribus hospitibus. Itaq etiam reipu. est ornamento homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere. Est etiam uehementer utile his qui honeste posse multa uolunt per hospites apud externos populos ualere opibus & gratia. Theophrastus scribis quidem cimonem athenis etiam in suos curiales laciades hospitalem fuisse ita dicitur instituisse & uillicis imperauisse ut omnia preberentur quicũq Laciades in uillã suam deuertisset.

solũ liberale sed ẽt fructuosum ĩterdũ. Aũt p sed
ratio.i.consideratio rei familiaris.i.domestice
est habenda.i.haberi debet quam .s. rem fami
liarem quidem.i.certe sinere.i.permittere dila
bi.i.decidere & nihilum ruere est flagitiosum:
sed ita supple habenda est ratio rei familiaris
ut suspicio illiberalitatis & auaricie absit. Enim
pro quia. maximus fructus pecunie est nimirũ
.i.haud dubie non spoliantem.i.priuantem se
patrimonio supple suo posse uti liberalitate.
Hospitalitas .i. gratuita & benigna in hospitũ
susceptio est ẽt laudata recte a theophrasto. est
enim ualde decorum ut uidetur (inquit Cice.)
mihi domos illustrium.i.clarorum hominum
patere.i.apertas esse ad recipiendum hospitio hospitibus illustribus q pro & idem reip. ornamento.i.ad decus & or
namentum homines externos non egere in nostra urbe hoc genere liberalitatis. Est ẽt uehementer utile his qui uo
lunt multa posse honeste: ualere opibus & gratia apud externos populos per hospites.i.per eos quos receperant
hospitio. Theophrastus scribit Cimonem uirum illum spoliis bellicis locupletatum fuisse hospitalem athenis etiam
.i.erga laciades curiales.i.contribules suos dicitur enim instituisse.i.ordinasse & impetrasse uillicis .i. uillarum sua
rum pro cultoribus: ut omnia preberentur supple ei quicunq laciades diuertisset a publica.s. uia ad suam uillam.

ERAS. Cimõis liberalitas.

I N illo aũt. Postq̃ de largitione que a prodigalitate proficiscitur disseruit: trãsit ad aliud genus quod a libe
ralitate manat. docetq quomodo tali liberalitate utendum sit. Supra dixit duo genera esse largorum quo
rũ alteri prodigi. alteri liberales dicantur. ℭ Postq̃ de prodigis dixit: dicit de liberalibus qui ut dicebat suis
facultatibus aut captos a predonibus redimunt. aut es alienum suscipiunt. ℭ Affecti dispositi in causis dissimilibus.
ℭ Alia causa est: docet quomodo affecti esse debemus: cum alia causa sit eius qui in calamitate uersatur: & eius qui
adiuuari cupit cum ad summos tendat honores sine aliqua aduersitate: & docet nos debere propensiores esse in ca
lamitosos nisi fuerint calamitate digni. ℭ Res meliores maiores dignitates & opes. ℭ Benignitas liberalitas magni
ficentia. ℭ In his tamen q̃uis (inquit) in illos propensiores esse debeamus tamen nullo modo deserendi sunt. qui
altiorem dignitatis gradum ascendere cupiunt. ℭ Sed in diligendis idoneis: precipit diligenter iudicandum esse an
alii qui fauorem cupiunt digni sunt: quoniam aliter esset contra prudentiã quod probat Ennii sententia. ℭ Male lo
cata. collocata indignis: & minime idoneis: hic est uersus Ennii ex tragedia. & Publius poeta minorum dixit. Benefi
cium dando accepit qui digno dedit. Quod autem ponit nunc contrarium. ℭ In eo q bono uiro tributũ est. ℭ In
ipso bono uiro. ℭ Ex ceteris qui laudant liberalitatem que prudenter fit: & liberalitas ab omnibus laudatur: remo
ta imprudentia: qm̃ dandum est ut oportet. ℭ In illo aũt genere Cice. de liberalitate accipiens: duo primum genera
esse dixit quorum alterum in opera positum esset alterum in pecunia. ℭ Alterum aũt alteri in comparatione propo
suit inde differentiam fecit inter ueram liberalitatem & eam que prodigalitas meretur appellari nunc postq̃ dixit de
prodigalitate: & non uera liberalitate: de liberalitate recta & uera precepta dat primum quid cui in ea sit anteponen
dum nam quanto magis quis indiget tanto ceteris & q̃ alii est benefaciendum. Item magis in hac q̃ in illa re iuua
re debemus. A liberalitate: non enim omnis largitio a liberalitate proficiscitur cum multe largitiones a prodigalita
te proficiscantur. ℭ In dispa. cau. dissimilibus & ipsa declarat. ℭ Affecti dispositi sed ei qui magis indiget magis irro
gatur. ℭ Alia causa est eius &c. multum interest ne benefacias indigenti an & qui uelit res suas augere cum tñ non
indigeat. i. cum enim liberales esse debemus qui indiget: & inopia premitur. ℭ Calamitate uidelicet si in summa est
inopia: & nec se nec suos sustentare potest. Meliores cum bonas habent ergo non indigentie causa. ℭ Nullis su. re.
ad &c. oĩbus suis rebus ex uoto succedentibus. Propensior: nunc dicit quid agendum sit & propensiorẽ hoc est pro
cliuiorẽ benignitatem esse debere in calamitosos q̃ in eos qui sua augere querunt. ℭ Nisi forte. &c. sicuti gulosi he
luones: aleatores & ceteri eiusmodi qui sua culpa ad paupertatẽ & miseriam redigantur nõ casu aliquo & fortuna
& huiusmodi hominibus non est subueniendum. ℭ In his tñ &c. quia dixerat indigentes proponendos esse iis qui
non indigent quidem sed res suas augere uolunt non dixerin tñ inquit iis non subueniendum. Nam & ipsis sub
ueniendum est: sed in comparatione hos illis postponendos esse. Danda igitur opera est precipit quibus bñficiis
alios afficere debeamus: ut memoria remaneat apud posteros & illis non liceat esse ingratis. ℭ Prodatur: propage
tur defundatur ut aliquos ut oppressos defendere docere preda: donare merentibus ad honores euehere & similia
quorum memoria transit ad posteros & sine odio aliorum ingrati non possunt. ℭ Non liceat esse ingratis: sic loqui
mur mihi liceat esse bono: tibi licet esse discreto. ℭ Deterrenda. amouenda & impedienda cum utatur ingratitudi
ne. Ita dicimus deterrui te a scribendo. i. effeci: ut non scriberes: deterreo liberalitatem: officio ut quis non sit libera
lis: qui ergo est immemor beneficii detertet liberalitatem. ℭ Hostem inimicum quoniam est ingratus & illiberalis
Tenuiorum. pauperum: qui indigent aliorum liberalitate. ℭ Atq hec benignitas ostendit hanc liberalitatem usui
esse reipu. cum redimuntur captiui & pauperes locupletantur. ℭ Ab ordine nostro. ab auguribus: quoniam Cicero
erat ex ordine augurum Cice. post Crassi interitum augur creatus in Siciliam procõsul missus est: qui eam prouin
ciam armis & iusticia seruauit collegium augurum erat in maxima ueneratione apud antiquos. ℭ Crassi. in cuius
locum Cice. subrogatus fuit. ℭ Hanc ergo consuetudinem concludens preponit hanc liberalitatem largitionibus
muneribus eorum quos prodigos appellauit. ℭ Munerum spectaculorum ad captandam multitudinem. ℭ Gra
uium. prudentium hec (inquit) a grauibus hominibus solet exerceri illa autem a leuissimis qui auram popularem:
capiunt. ℭ Illa largitio que fit ad captandos populi fauores. ℭ Titillantium mouentiũ Titillare est illas partes cor
poris tangere: que tacte mouent quandam uoluptatẽ ut tangere sub alis: ergo qui largitione utuntur quasi titilant

MARS. Hacten9 de prodigis nunc de liberalibus.

Propẽsi eẽ debemus in calamitosos.

Vers9 ennii.

liberalitas ab omnib9 laudatur.

F.M. Expositio.

Deterreo liberalitatẽ.

Augur. collegiũ Augu.

Titillare hoium.

Cõsinitũ.

De suo iure nõ nũq concedẽdũ.

Cur auaricie suspitio tollenda. Hospitalitas. Lactantius. Cicero repbat. Cimon milciadis mors Laciade Attende optimű gen⁹ hominum.

uoluptatē multitudinis qm̄ deliniunt ipsam oblectant & capiunt tali largitione ac munere. ℭ Conuenit aũt. Nunē precipit de dando & exigēdo qd agēdum sit & cōueniat. ℭ Nō acerbũ: non asperũ & nimis molestũ. ℭ Re contrahēda in oī contractu. ℭ Confinus hoc cōfinium dr̄. ℭ De suo iure de eo qd iure ad se ptinet. ℭ Abhorrētem alienũ a litigiis quo ad fieri pōt: & potius est aliqd de suo concedendũ: q̄ litigandũ. Habenda aũt est rō. ne aliqui precepto. Cice. ducti a litibus abhorrēdo rem suā consumi & labi sinerēt monet habēdam esse curā rei familiaris. nec pmittendũ ut male dilabatur: qd maxime decet. ℭ Flagitiosum malũ sceleratũ: & pertinēs ad ignauũ hoīem. ℭ Sed ut illiberalitatis monet ita esse habēdam rationē rei familiaris ut non uideamur illiberales aut auari. ℭ Posse enim rō quare suspitio auaricie pellēda est: qm̄ ille est pecunie fructus cũ quis moderate utitur liberalitate ut se patrimonio non spoliet. ℭ Recte ēt laudat sñiam Theophrasti qui hospitalitatē laudauit: que est quedā dispositio & liberalitas erga hospites. i. amicos externos. ℭ A Theophrasto: q de diuitiis librũ unum scripsit in quo laudauit hospitalitatē. Valde decorũ pulchrum & gloriosum. ℭ Illustriũ claroꝝ uirorum & principum ciuitatis. ℭ Illustribus claris amicis externis hanc sñiam Lactantius reprobat: sed ipse loquitur ut christianus. Cicero aũt ut gētilis phs: & ideo iusta reprehēsione caret. ℭ Honeste cũ laude uirtutis. ℭ Cimonē. Cimon filius fuit Milchiades & hegesipyles filie Olori regis Thracie. Milciades. l. talentis dānatus in uinculis periit Cimone & sorore Elpinica superstitibus. Cimon spoliis bellicis locupletatus agrorum spe: amouit ut res ad fructus legendos accedere possent ex tribu Laciadarũ fuit. Milchiades: in quos summam hospitalitatem Cimon exercuit. Parabatur (inquit Plutar.) in uita Cimonis ingens domi cōuiuiũ eo pauperes quicunq; uellent libere conuiuantes educationē inde per ocium sibi uendicabant ut rebus tm̄ urbanis intenderēt. Ceterum Aristo. non id oībus Atheniēsibus datũ esse: sed ex laciadis contribulibus suis uolēti cuilibet licuisse tradidit. Comitabantur preterea Cimonem familiares quidam iuuenes eiq; consueti his pulchra ueste amictis imperatũ erat: ut si quis grandior natu sordide ob inopiam indutus cum Cimone forte congrederetur ueste secum pmutarent. Visum est hoc munificētie genus plurimũ in se maiestatis habere. Idē ēt copiose secum nummos deferētes: si quē in foro uirũ indigna oppressum egistate conspicerēt: q̄ proxime accedētes pecuniam sibi clam in manibus deponebant. ℭ Euriales. Contribules Formā ciuilem Romulus hoc modo instituit diuisa omni multitudine trifariam singulis partibus duces singulos prefecit tribusq; eas appellauit: diuisitq; rursus ipsas tribus in denas equales partes: uocauitq; eas curias: illisq; etiam duces singulos prefecit duces tribunum: tribunos: curiarũ uero curiones nominauit. Inde curiales sunt qui & tribules & contribules ex eadē tribu siue curia hec ex Dionysio alicarnasseo. ℭ Pomponius aũt lib. i. dige. de origi. iu. dicit Romulũ in. xxx. partes diuisisse populum quas curias appellauit proptereaq; tunc reip. curam per sñias partium earum expediebat: ut dictum est in primo uolumine.

Diuisio romanorũ ciuiũ a romulo facta. Curiales Tribules ASCE. Ordo.

Q Ve autem opera. Persequitur alterũ genus liberalitatis qd opera. i. operatione & labore conferētis impendit. ℭ Ordo est Aũt pro sed beneficia que dantur opera. i. per operam & laborē non largitione. i. donatione hec conferuntur: tum. i. partim in uniuersam rempu. tum. i. partim in singulos ciues. Nā cauere. i. prospicere & cautionem facere in iure iuuare consilio atq; prodesse hoc genere scientie: pertinet uehementer q̄ plurimis. i. ualde multis & . i. pariter ad opes augendas & . i. pariter ad gratiam . i. beniuolentiam supple augendam. Itaq; cum multa preclara maiorũ supple fuerunt: tum. i. multomagis cognitio atq; interpretatio iuris ciuilis q̄ optime . i. ualde bene constituti sint semper in summo honore: quam quidē interpretationem & cognitionem iuris: principes . i. primores ciuitatis retinuerũt in sua possessione ante hanc confusionem temporum quam Cesar induxit. Nunc. i. quemadmodum honores supple deleti sunt: ut omnis gradus dignitatis deletus sic splendor huius scientie est deletus. Idq;. i. & id supple contingit indignius. i. quia hoc contingit: eo tempore: cum is. s. Cesar esset qui uicisset facile scientia . i. per scientiam oēs superiores quibus esset par. i. equalis honore. Igitur hec opera que. s. prestantur in iure ciuili sint supple grata. i. utilia & cōmoda multis: & accōmodata ad astringendos homines beneficiis. i. per beneficia. Atq; facultas dicendi grauior & gratior: & ornatior est finitima huic arti. s. iuris ciuilis. qd enim laudabilius: & prestabilius: uel admiratione audientiũ uel spe indigentium uel gratia eorum qui defensi sunt q. d. nihil ergo principatus est quoq;. i. etiā da-

ERAS. Antiquitus pcio habita iuris prudentia.

ERAS. Dicendi facultas antefert.

ERAS. Turpis mercennaria eloquentia.

ℭ Alterum genus liberalitatis quod opera prestatur.



Q Ve autem opera nō largitione beneficia dantur hec in uniuersam rempubli. tum in singulos ciues conferuntur. Nā in iure cauere consilio iuuare atq; hoc scientie genere prodesse q̄ plurimis uehementer & ad opes augendas pertinet & ad gratiam. Itaq; cum multa preclara maiorum: tum q̄ optime constituti iuris ciuilis summo semper in honore fuit cognitio atq; interpretatio quamquidē ante hanc confusionem temporum in possessione sua principes retinuerunt: Nunc ut honores ut omnis dignitatis gradus sic huius scientie splendor deletus est. Idq; eo indignius q̄ eo tempore hoc contingit cum is esset qui omnes superiores quibus honore par esset scientia facile uicisset. Hec igitur opera grata multis & ad beneficiis astringēdos homines accōmodata. Atq; huic arti finitima est dicendi grauior facultas & gratior & ornatior. Q uid. n. eloquētia laudabilius & prestabilius. uel admiratione audientiũ ut spe indigentiũ: uel eorũ q defensi sunt gratia. Huic quoq; ergo a maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus. Diserti igitur hominis: & facile laborātis. quoq; in patriis est moribus multorũ causas & non grauate: sed gratuito defendentis beneficia & patrocinia late patet. Admonebat me res. ut hoc quoq; loco intermissionem eloquen-

tie: ne dicã interitum deplorarem: ni uererer: ne de me ipso aliquid uiderer queri. Sed tamẽ uidemus quibus extinctis oratoribus q̃ in paucis spes q̃ in paucioribus facultas q̃ in multis sit audacia. Cũ autem omnes non possint: ne multi quidem aut iurisperiti eẽ aut diserti licet tamen opera prodesse multis beneficia petentẽ commendantem iudicibus magistratibus uigilantem pro re alterius eosipsos qui hoc consulunt aut defendunt rogantẽ quod qui faciunt plurimum gratie consequũtur latissimeq; eorum manat industria. At illud non sunt admonẽdi: Est enim in prõptu ut animaduertant cum alios iuuare uelint ne quos offendant. Sepe enim aut eos ledunt quos non debent aut eos quos nõ expedit si imprudẽtes negligentie & si scientes temeritatis. Vtendum etiam est excusatione aduersus eos quos inuitus offendas quacũq; possis quare id q̃d feceris necesse fuerit nec aliter facere potueris. Certisq; operis & officiis erit quod uiolatũ est cõpensandum.

tus huic arti a maioribus nostris in tota dignitate. Igitur beneficia & patrocinia hominis diserti & laborantis facile.i.faciliter:q; pro &:defendentis causas multorum & non grauate: gratuito quod.i.que res est in moribus patriis .i.inter mores patrie patent late .i.faciunt defensorem late patere. Res.i.cõmoditas & oportunitas negocii admonebat me ut ego deplorarem: quoq;.i.etiam hoc loco intermissionem ne dicam interitum eloquẽtie ne.i.si non uererer ne uiderer queri.i.cõqueri aliq̃d de meipso. Sed tñ(q̃uis conqueri non placeat) nos uidemus quib⁹ oratoribus extinctis.q.d.maximis inq̃ paucis sit spes: & inq̃.i.quãto paucioribus sit facultas: & inq̃.i.q̃tum multis sit audacia. Aũt pro sed: cum.i.q̃uis nõ omnes: immo ne multi quidem possint esse aut iurisperiti: aut diserti: tñ licet.i.licitum est cõmendantem.i.eũ qui cõmendauit iudicibus aut magistratibus sup.aliquem petentem beneficia.i. eum qui requirit beneficia: & uigilantem.i.eum qui uigilauerit: pro re.i.utilitate alterius: aut rogantẽ.i. eum qui rogat eosipsos.s.iuriscõsultos & causidicos: qui hoc consulunt: aut defendunt: prodesse multis opera.i.per operam suam: quod .i.quam rem hi sup.qui faciunt consequũtur .i.acquirunt plurimum gratie & eorum industria manat.i.diffunditur & diuulgatur latissime. (Ne quis pp multos accusatus adhuc ordinẽ non intelligat sciat cõmendantem uigilantem & rogantem regi a parte ante a uerbo prodesse in ratione suppositi: sed bñficia regi ab accusatiuo petentem: & cum ab accusatiuo cõmendantem. Item eosipsos ab accusatiuo rogantẽ qui regitur: ut dixi a uero prodesse) At.i.sed sup.lectores non sunt admonendi illud.i.non debent admoneri illud. Enim pro quia sup.ipsum est in promptu: ut ipsi animaduertent.i. attendant: ne.i.ut non offendant.i.ledant: quos.i.aliquos: cũ uelint iuuare alios enim pro q̃a q̃ sup.id nõ aĩaduertunt ledũt sepe eos quos non debẽt sup.ledere aut eos quos nõ expedit sup.ledere si sup.sic ledunt imprudẽtes.i.nescientes est negligentie.i. ad negligẽtiam spectat si scientes sup.ledunt est temeritatis.i.ad temeritatẽ spectat utendum est.i.oportet aut decet uti ẽt excusatione aduersus eos quos tu offendas inuitus quacũq; sup.uia & ratione possis offendendo.s.quare id quando feceris fuerit necesse sup.facere: nec.i.q; non potueris facere aliter. Et id quod uiolatum.i. lesum aut corruptum est: est cõpensandum.i.reponendum satisfaciendũ aut instaurandum certis operis.i.operationibus & officiis.

ERAS. Mira distributio Diserti hominis officiũ.

ERAS. Aut uitãda aut mitiganda offensio.

QVe autem opera. Supra posuit duplicem rationem liberalitatis: quarum altera in pecunia consistit altera in opera atq; industria. Postq̃ de liberalitate pecuniaria disseruit: transit ad alteram que opera fit. Et est duplex: quoniam interdum confertur in uniuersam remp. interdum in singulos: & ostendit prodesse alicui iure ciuili accõmodatissimum esse ad homines beneficiis astringendos: inde ponit eloquentiam que est gratior & ornatior. ℭ Opera labore & industria. ℭ In iure cauere uitare incõmoda & deceptiones in iure litibusq; multi enim ius amittunt suum ignorãtia iuris aut procuratorum causidicorũq; inscitia. ℭ Opes augendas. potentiam & autoritatẽ gratiãq; multitudinis cui hec opera prestatur. ℭ Gratiam beniuolentiam. Iurisconsultus (inquit) fauens aliis in causa maximam consequetur autoritatẽ: & gratiosus apud oĩs efficitur. q̃bus opera sua prodest: & cognitio iuris ciuilis in summo honore semper fuit & ẽt interpretatio. ℭ Quã cognitionẽ & interpretationẽ iuris. ℭ Ante hanc confusionẽ tẽporum. Dãnat Cesaris tyrannidẽ & bella ciuilia: quibus seuientibus iura oppressa sunt & erãt oĩa confusa. ℭ Que aũt iteratio fortasse hic nonnullis noster esse superioris preceptiuam opere laudat officia de qua multa dixit superius. Sed non est iteratio: superius enim dixit liberalitatẽ que fit opera liberalitati anteponendam que fit pecunia: nunc aũt de ipsius opere officiis precipit uidelicet quales in opera exhibẽda esse debeamus: & dicit ita operam in rempu. & oẽs ciues conferendam ut pecunia: precipit ergo q̃ũo opera prestanda sic &c. ℭ Principes primi in ciuitate: ut familia Aquiliorum Mutiorum quorũ tanq̃ hereditarium erat ius ciuile: & aliorum quos supra nominaui qui ciuitatis principes erant: & iuris ciuilis scientiam tanq̃ possessionẽ a maioribus relictam habebant que oĩbus erecta fuit pp tyrannidem & iuris oppressionẽ. Et sic Cice. deplorat calamitatem suorum tẽporum & ius ciuile amissum esse dolet idq; eo indignius fert: q; talia acciderunt tpe Cesaris qui omni scientia uigebat: & ius ciuile uidebatur diligere. Sue. ait. Ius ciuile ad certum modum redire statuit atq;: & immensa diffusaq; legum copia optima queq; & necessaria in paucissimos conferre libros. ℭ Eo indignius maiore aĩ indignitate ferẽdum. ℭ Cum is esset Cesar dictator. ℭ Scientia oĩ genere doctrine. ℭ Hec igitur opera. ℭ Concludit de opera iuris ciuilis: & transit ad eloquentiam quam laudibus effert & merito. ℭ Grauior. maioris dignitatis q̃tum ad pondus rerum & sẽtẽtiarum. Oratoris uis est & officium posse de omni re quecũq; proposita sit apte & copiose dicere. Gratior q̃ sit ius ciuili. ℭ Ornatior maioris ornamenti & dignitatis. ℭ Admiratione audientium. q̃m eloquentẽ & prudentem oẽs admirãtur. Vnde Iuuena. de Demosthene ait. Quem mirabãtur athene. Torrentẽ & pleni moderantem frena theatri. Et Ciceronem orantem oẽs suspiciebant. ℭ Indigentiam eorum qui indigent patrocinio eloquentis: ut in iudicio defendantur. ℭ Gratia beniuolẽtiam eo℞ qui defensi sunt: & patronum magna gratia prosequũtur. ℭ Huic quoq;

MARS. De liberalitate opera fit Ius ciuile in summo semper honore fuit F.M. Expositio. Deplorat. Ci. tẽporis calamitatem Eloquẽtiam laudat. Oratoris officiũ. Iuue. de demosthene. Patroni gratuito clientes defensabant.

quemadmodum iure ciuili. ¶ In tota in omni parte dignitatis. In patriis est moribus romanis institutis qm̃ apud antiquos patroni agebant causam clientis opera gratuitatis. & Cic. ex patrociniis (autore Plutar.) mercedē non accepit. ¶ Munera a Siculis ingentia: magnificaq; ultro delata constantissime renuit eo dūtaxat contentus: ut edilitatē suam transmissione frumentaria: nec illa quidem gratuita adiuuarent. ¶ Diserti. a disserendo dr̃ (autore Festo.) Et disertus est ille q dicit ea que oportet. Fabius lib. viii. sic scribit. M. Antonius ait. A se desertos eē uisos multos. Eloquētem aūt neminē disertas satis putat dicere que oporteat. ¶ Ornate aūt proprium esse eloquentissimi. Ideo Cice. deserti dixit: qm̃ non loquitur de eloquētissimo: sed medioeri oratore & patrono causarum diserto. ¶ Facile laborantis q facile suscipit labores pro aliis in iudicio defendēdis. Non grauate non moleste: aut pp pecuniam: sed gratuito is dr̃ aliquid grauate facere: q molesto aīo: & quasi inuito facit Pli. in principio. xxvii. uoluminis sic scribit. Crescit apud me certe tractatu ipso admiratio antiquitatis quantoq; maior copia uerboꝝ dicenda restat tantomagis adorare priscorū inueniēdo curam: in tradēdo benignitatē subit. ¶ Admouebat me in res: de qua loquor & status presens. Nec de sua fortuna Cice. queri uideret̃ noluit intermissionē eloquētie deplorare: sed utitur occupatione. Cū enim dicit se nolle deplorare maxime deplorat & tpe dānat sua. hoc quoq; loco: quēadmodum fecit de iure ciuili. Ne dicā interitum: noluit dicere Cicero eloquentia periisse sed fuisse intermissam. Quibus q̃ clarissimis oratoribus ut prius fuerat. L. Crassus. M. Antonius Cesar. L. filius Hortēsius. Contra & nonnulli alii: qui in foro claruerant. Hortēsius in actione pene superabat Ciceronē: & adolescens magis dicēdo floruit q̃ senex de quo Cicero in Bruto. Hortēsius a crasso consule & sceuola usq; ad Plautū & Marcellum consules floruit. Nos (inquit) in eodē cursu fuimus a Sylla dictatore usq; ad eosdē fere consules. Sic. Qu. Hortēsii uox extincta suo facto est: nostra publico. Nos aūt Brute inquit: qm̃ post Hortēsii clarissimi oratoris mortē orbe eloquētie quasi tutores relicti sumus domi teneamus: eam septam liberali custodia: & hos ignotos atq; imprudētes procos repudiemus: tueamurq; (ut adultam uirginē) caste ab armotorum impetu quantū possumus prohibemus. ¶ In paucis qm̃ pauci superant oratores & hi q erant non habebant facultatē. i. potentiam dicendi: qm̃ extinctus erat senatus. Deleta iudicia & cause forenses conticuerant: & hoc Cicero pp se dicit: qui prius in foro regnauerat: & eius uocis tota urbs theatrū fuerat nunc aūt fugiebat conspectu sceleratorum quibus oīa redundabant. Vnde miror illū in tantis malis hoc opus tam breui tpe elucubrare potuisse: qm̃ scripsit post necē Cesaris: sed beatissima ingenii ubertas & philosophicum pectus oīa superabat. ¶ Spes pauci (inquit) sunt de quibus sperare licet q̃ futuri sunt clari oratores. ¶ Facultas. potētia orandi causas. ¶ Audendi causas. ¶ Audacia. multi (inquit) audent hoc genus dicēdi tractare: sed id qđ audent prestari ut decet possunt superabat inse Cicero eloquētie fons: qui tm̃ cessabat culpa tēporum quibus oīa turbata erant & confusa. ¶ Cum aūt omnes. dixit supra hoīes prodesse posse iure ciuili & eloquentia: sed quia non oēs possunt callere ius ciuile: aut esse disereti: dicit nunc Cicero tales hoīes ēt prodesse opera cū. s. beneficia pro aliis petunt cōmēdāt iudicibus reos & uigilant ꝑ re alterius & rogant eos q defendunt: aut consulunt: ut sint in causa diligentes & sic cū ipsi non possint eorū causas agere orat alios ut eis adsint: & sic officio bonorum uiroꝝ funguntur. ¶ Ne multi qdem qm̃ paucis datum est: ut opatime ius calleant & diserti sint. ¶ Opera labore & industria. ¶ Licet tm̃ prodesse: ordo est. licet hoc. s. hoīem petentem bñficia cōmendantem iudicibus: aliquē uigilatem & rogantē alios ut licet inq̃ talem hoīem ita facientē opera sua prodesse multis. ¶ Licet parentē prodesse ille pōt aliis prodesse qui bñficia pro ipsis petit & cōmendat iudicibus causam eorum. Latissime manat. ad multos iuuandos extēditur eorū industria: qua gratiam aliorum demerentur & aīos. Iam illud utitur occupatione monens neminē esse ledendū: dum alicui pro desse cupimus. ¶ Non expedit. non est utile. Si imprudētes legunt negligētie ascribēdum est si scientes temeritati: que est inimica prudentie. ¶ Certi operis. quibusdam laboribus & quadam industria compensare id quod alium ledit si in aliqua re inutili aliquē offendimus: debemus alia opera & officio id quod uiolatum est cōpēsare: & eum quē offendimus aliquo beneficio reconciliare.

Ornate dicer̃ eloquentissimi est.

Grauate facere.

Conqueritur de eloquentie iactura.

Viri eloquentes Cicero orbe eloquente tutor.

Mira cicero la9.

Occupatione utitur.

ASCE.

Ordo.

S Ed cum in hominibus. Sancte docet uirum bonum locupleti preferendum. ¶ Ordo est. Sed cum aut mores supple soleant spectari. i. attendi aut fortuna. i. rerum possessio soleat spectari in hominibus: est quidē procliue. i. promptum & facile (sicut in procliui facilis est descēsus) dictu. i. ut dicatur uel ad dicēdum itaq;. i. & ita loquūtur uulgo. i. uulgares ita loquūtur: uidelicet sese se qui in beneficiis collocādis mores hominum non fortunam. Oratio. i. propositio aut sñia illa est honesta: sed quis tandem. i. post multam indagationem respondeatur quis est qui non anteponat in opera. i. seruitio & obsequio corporali danda. i. prestando gratiam fortunati & potētis cause inopis uiri &. i. sed si optimi. q. d. nemo: cum tm̃ quemlibet contra facere deceat. Enim pro quia nostra uoluntas est facere. i. quasi semper propensior. i. inclinatior ad bene faciēdum a quo remuneratio fortune uidetur expeditior & celerior. Sed aīaduertendum est diligentius. i. ualde diligēter que. i. qualis sit natura rerum. Enim pro quia ille inops si est bonus uir nimirum. i. haud dubie ēt si nō potest

Res a uirtute aliena.

Cum datur officium non est fortuna petenda.
Et pre diuitiis norma ferenda boni.

☞ In officio prestando uir bonus locupleti preferendus est.

S Ed cum hominibus iuuandis aut mores spectari: aut fortuna soleat: dictu quidem est procliue. Itaq; uulgo loquuntur sese in beneficiis collocandis mores hominū non fortunam sequi. Honesta oratio est. Sed quis est tandē qui inopis & optimi uiri cause non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis? A quo. n. expeditior & celerior remuneratio fore uidetur: in eo fere est uolūtas nostra ꝓpensior. Sed animaduertendū est diligentius que natura rerū sit. Nimirū enim inops ille: si bonus est uir: ēt a referre gratiā non potest habere certe potest. Cōmode aūt quicunq; dixit pecuniā qui habeat non reddisse & qui reddiderit nō habere. Gratiā aūt & qui reddiderit ha

bere:& q habeat retulisse. At q se locupletes honoratos beatos putant:hi ne obligari quidē beneficio uolunt:qui etiā beneficiū se dedisse arbitrantur:cum ipsi q̄uis aliquid magnū acceperint eque etiam a se aut postulari aut expectari aliqd suspicant̄. Patrocinio uero se usos aut cliētes appellari mortis instar putāt. At uero ille tenuis:cū qd factū sit sese spectatū nō fortunā putat non mō illi qui est meritus: sed ēt illis a quibus expectat (eget em̄ multis) gratū se uideri studet. neq; .n. uerbis auget suum munus si quo forte fungitur:sed extenuat. Videndūq; illud idē q̄ si opulentū fortunatumq; defenderis in illo uno aut in liberis eius manet gratia. Sin autē inopē: probū tñ & modestū oēs non improbi humiles:que magna i populo multitudo est: psi diū sibi paratū uidēt. Quaobrē melius apud bonos q̄ apd fortunatos bñficiū collocari puto. Dāda oīno opera est:ut in oī genere satisfacere possimus. Sed si res in cōtētionē ueniret nimirū. Themistocles ē autor adhibēdus:q cū cōsularet̄ utrū bono uiro paupi an minus pbato diuiti filiā collocaret ego inquit malo uirū qui pecunia egeat: q̄ pecuniā q̄ uiro. Sed corrupti mores deprauatiq; sunt admiratiōe diuitiarū quaꝝ magnitudo quid ad unū queq; nostrū ptinet. illū fortasse adiuuat qui habet:ne id quidē semp. Sed fac iuuare: potentior sane sit hōestior uero qūo. Q đ si ēt bonus erit uir: ne ipediāt diuitie quominus iuuet̄ mō ne adiuuēt sitq; oē iudiciū ñ q̄ locuples. sed q̄lis q̄sq; sit. Extremū aūt pceptū i bñficiis opaq; dāda est ne qd cōtra eqtatē est cōtēdas:ne qd p iniuria. Fundamentū.n. ppetue cōmēdatiōis & fame ē iusticia: sine q̄ nihil pōt eē laudabile.

referre gratiam.i.rebus compensare potest certe.s.salutem habere.s.in animo hoc est uoluntatem referendi quod uulgo dicitur scire gratiā. Aūt pro se cōmode.i. conuenienter sup.dixit.i.quicūq; dixit.i.quicūq; is fuerit qui dixit eū qui habeat pecuniam sup.quam accepit non reddidisse supple eam: & qui reddiderit pecuniam non habere sup.eam aūt pro sed supple dixit.&.i.simul cum qui reddiderit gratiam habere gratiam & eum qui habeat gratiam retulisse gratiam:& habere gratiam est quodāmodo referre. At.i.sed ii qui se putant locupletes honoratos beatos ne quidem .i. non uolunt saltem obligari beneficio.i.ad beneficium referendum qui ēt arbitrantur se dedisse beneficium cum ipsi q̄uis acceperint aliquid magnū suspicantur eque.i.equaliter etiam aliquid magnum aut postulari aut expectari a se uero pro sed putant.i.reputant instar mortis.i.tam acerbum ut mors est se usos supple esse patrocinio .i.in defensione in iudicio aut appellari cliētes quorum est defendi a patronis.at uero ille tenuis.i.pauper qui gratiam habet cum aliquid .s.beneficii sit factum:uidelicet sibi putat sese.i.semetipsum spectatum.i. respectum ad personam suum habitum non fortunam.i. diuitias suas quas nullas habet. Et studet .i. conatur se uideri gratū modo.i. non solum illi qui est meritus.i.qui iam beneficium contulit:sed etiam illis a quib⁹ expectat supple beneficium. enim pro quia ipse eget multis.i.multorum auxilio. Neq; enim auget uerbis suum munus.i.officium si fungitur forte quo.i.aliquo.sed extenuat .i.imminuit ipsum supple uerbis:q; pro & uidēdum sup.est illud idem q̄ si defenderis opulentum .i. plenum opibus & fortunatum gratia manet in illo uno.i.solo:aut in liberis.i. filiis eius. Sin aūt.i.sed si sup.defenderis inopem tñ probum & modestum oēs humiles.i. modice conditionis & fortune (que multitudo est magna in populo) non improbi .i. si sint non improbi:uident presidium paratum sibi.i.consimilem defensionem & consimile beneficium expectare possunt. Quāobrem ego (inquit Cice.) puto beneficium collocari melius apud bonos q̄ apud fortunatos. Opera.i.diligentia est danda.i. adhibenda omnino:ut possimus satisfacere omni generi:sed si res ueniret in contentionem.i.controuersiam & litem: Temistocles est nimirū adhibēdus autor qui cū consuleretur.i.cum ab eo consilium peteretur utrū collocaret.i.impenderet filiam uiro bono pauperi:an uiro minus probato diuiti inquit:ego malo.i.magis uolo uirum qui egeat pecunia:q̄ pecuniam qui sup.egeat uiro. (Improbus enim uir qui a uirtute dicitur censendus non est.) Sed mores sunt corrupti & deprauati admiratione diuitiarum quarum magnitudo quid pertinet ad unūquēq; nostrum.q.d.nihil fortasse ipsa magnitudo diuitiarum iuuat illum qui habet sup.eam:ne id quidem .i. sed nec illud semper sup. facit.i.non tamen semper iuuat. Sed fac.i.concedas iuuare.i.q; semper iuuet sup.qui eam habet sit sane potentior. Vero pro sed quomodo sup.erit per eā honestior.q.d.nullo. Quod si erit ēt bonus uir.s.qui diues ne diuitie impediant quominus.i.ut non uel ut minus iuuetur modo.i.dummodo ne.s.diuitie adiuuent eum:& omne iudicium.i. omnis consideratio sit nūq̄.i.q̄tum locuples fit quisq;:sed qualis. Autem pro sed extremum.i.precipuum preceptum in beneficiis sup.dandis & opera danda est ne contendas quid.i.in aliquo contra equitatem.& ne quid.sup.contendas.i.certes aut facias pro iniuria. Enim pro quia iusticia sine qua nihil potest esse laudabile est fundamentū perpetue commendationis & fame. Non ergo sic pauperi benefaciendum est:ut fiat iniuria diuiti:nec econuerso.

ERAS. Mortis instar.i.extremum malum.

ERAS. Humilis probitas

ERAS. Themistoclis apothegma malo uirum sine pecunia q̄ sine uiro pecuniā nihil dici potuit uel grauius:uel festiui⁹.

ERAS. Turpi in cā nemini cōmodanda opera.

S Ed cum in hoībus iuuandis. Dixit hactenus iuuandos esse hoīes aut pecunia:aut opera monet nunc potius iuuandos esse bonos urios & inopes q̄ fortunatos & potētes:qm̄ sequi debemus uirtutē non fortunā & diuitias. ℭ Dictu.est procliue. oēs hoc facile dicunt:sed non ita facile fit. ℭ Dictu dū dr̄. ℭ Vulgo.ubiq;. ℭ Non fortunam.diuitias & potētias aliorum cum uolunt beneficia in aliquē collocare. ℭ Honesta. plena honoris & laudis. ℭ Gratiam.beniuolentiam.illius qui est diues & potens. ℭ Fere quasi uoluntas oīum ad idem inclinatior. Sed animad uertendū est diligentius:qm̄ nostra uoluntas propensior est adiuuandos potētes:monet Cice.con-

MARS. Virtutē sequēdā esse non fortunā in largiēdo

Magis inopes sūt grati q̄ potētes. Agerē gratias. Habere gratiam Referre. Debitio gratie & pecunie differūt.

siderandum esse que sit natura rerum & propretas: & ostēdit potius esse iuuandum bonū uirum & inopē qui semp habebit gratiam si referre non poterit: & diuites obligari bn̄ficio uolūt. Inde docet maiorē nos consequi gratiam si inopē probum uirum potius q̄ si diuitē iuuerimus. ¶ Nimirum certe declarat harum rerum naturam. Agere gratias est uerbo. Habere gratiam est animo: cum memores bn̄ficii sumus. Referre aūt est facto & re ipsa: ergo si bonus non potest gratiam referre. i. per beneficium reddet: certe gratiam habere potest. i. esse memor beneficii accepti. ¶ Cōmode. apte affert quandam sn̄iam que circunferebatur incerta autore: ideo ait quicunq; dixit. In oratione pro Planco respondens Cassio accusatori ait. Quā q̄ dissimilis est pecunie debite & grate. Nam qui pecuniam dissoluit statim non habet id quod reddidit. Qui aūt debet es retinet alienam gratiam aūt & qui refert habet & qui habet in eo ipso qm̄ habet refert. Neq; ego nunc Planco desinam debere si hoc soluero: nec minus ei redderem uoluntatē ipsa si hoc molestie non accidisset. Et in oratione qua senatui de reditu suo gratias agit: dicit. At qui in officio persoluēdo dissimilis ratio pecunie debite est proptereaq; pecuniam qui retinet non dissoluit: q reddidit non habet gratiam: & q retulit habet: & q habet dissoluit: hoc ēt scribit Gellius. ¶ Qui reddiderit: reddere gratiam siue referre est idē q; reddere bn̄ficium. habere aūt est gratificandi uoluntatē inuicē habere. Referre (inquit Sen̄.) est ultro q̄ debeas afferre: nos dicimus gratiam reddidit. ¶ Reddunt enim & q reposcuntur: & qui inuiti: & alibi: plus debetur bn̄ficium q̄ pecunie creditori qm̄ de bn̄ficio plus soluēdū est: & nihilominus relata gratia ēt cohe remus. Debeo enim (cum reddidi) rursus incipere. ADDITIO. ¶ Sed cum in hoībus & ostēdit nūc cui sit benefaciēdum postq̄ docuit quid agēdum est quantum ad operam attinet & qui bn̄ficium inquit prestant duo sibi preponere debēt que ad penam pertinent cui bn̄faciunt aut indigētiam aut dignitatē. Sed nemini dubium magis inopi q̄ potētie benefaciēdum esse. Cum tn̄ contra fiat ut ipse ait q tum potenti bn̄facere maluerit q̄ inopi non liberalis est: sed mercator potius: qm̄ maius expectat beneficiū: At uero q inopi benefacit sine ulla spe recipiēdi uere liberalis habetur: sed tn̄ quibus benefacit aduertere debet ut gratis uiri facile ergo inquit est dicere cui potius benefacere debeamus: oēs enim dicunt non spectandam personam: sed persone indigētiam: sed pauci sunt qui hoc faciant. nam pars maior beneficia sua prestat pro dignitate hoīs &c. ¶ At qui se locupletes. ponit nunc oppositum de locupletibus q uolunt bn̄ficio obligari. ¶ Beatos felices & nullius rei indigētes. ¶ Et q tantundem. ¶ Postulari. ab eo qui confert beneficium. ¶ Patrocinio uero ecce

Clientes unde dicantur.

aliud quo ostēdit ipsos nolle obligari bn̄ficio. ¶ Patrocinio defensione alicuius in causa sua. i. si fuerunt cliētes: & nisi sunt alicuius patrocinio putant id esse morti simile. Potius inquit uellent mori q̄ uideri cliētes qui a colēdo dicuntur: qm̄ colunt patronum. ¶ Tenuis pauper & bonus uir. ¶ Sese spectatum habitam esse rationē sui & uirtutis non fortune. & q; illi qui beneficium contulit spectauit uirtutē ipsius pauperis non bona fortune. ¶ Non fortunam diuitias ut postea retributionē accipiat & eque beneficium a fortunato reddatur. Sene. sic ait. Non est beneficiū quod

Inops beneficia accepta recognoscūt.

tissime patet. ¶ Ducuntur: sumuntur: accipiuntur. ¶ Cōstanter qm̄ ille q̄ uult esse & haberi officiosus debet esse cō
stans in suo p̄posito & ab officio nunq̄ discederet & nunq̄ in officio claudicare. ¶ Honeste cū laude uirtutis qm̄ offi
cio semper ad bonū tendit & ille qui honeste uult uiuere: necesse est ut fungant̄ officiis: & is q̄ seruit affectibus nō
potest esse cōstans aut honestus. ideo amplecti debemus officia & ab ipsis nunq̄ discedere ut constanter & honeste
uiuamꝰ. ¶ Quare q̄q̄ a Cretippo cōcludit. Cice. ex his que dixit multū cōducere filio talia audire: qm̄ talis etas debet
formari & dirigi ad constantiā & honestatē ipsis officiis q̄q̄ hoc audire poterat a Cratippo. Hoc ut des operā philo
sophie morali & officiis a q̄bus constanter & honeste uiuendi p̄cepta ducuntur. ¶ Accipere: intelligere. ¶ Arbitror
cōducere puto esse utile ut ad uirtutem constituaris & formeris. ¶ Talibus uocibus nihil. s. esse utilius ipsis officiis.
Vnde pueri hec p̄cepta ediscere debent a teneris unguiculis: ut eorū tenera etas ad ueram honestāq; imaginē effin
gatur: & optimā doctrinam imbibant cetera uero respuere que ad luxum & turpitudinē ducunt. ¶ Illa. n. infirma
etas & prudētia expers satis per se aliorū libidinibus obnoxia est ut multomagis freno q̄ calcaribus opus sit. ideo ex
eorū manibus lasciui poete excutiendi sunt & tenera mens optimis preceptis monumētisq; hystoriarū imbuenda
maiestateq; heroici carminis attollēda est: ut inde animi magnitudinē liberoꝝ erga parentes obseruantiā in deum
pietatē in alios officiū ediscant. ¶ Quod cum oībus hoc inquit oībus faciendum est: ut. s. officiis delectentur & co
gnoscant his nihil esse in uita actiua utilius qui uolunt honeste uiuere: tamē o fili maxime faciendū tibi est q̄ habes
exēpla domestica & me patrē tuum imitari debes & meis uestigiis insistere in doctrina consequenda & honoribus
quos ego nouus homo oībus suffragiis adeptus sum: & Athenas profectus est gymnasiū totius orbis & bonarum
disciplinarū quasi emporiū preceptorē: preterea eminentissimū habes ut sine doctrina & moribus redire huc nō pos
sis nisi cū maximo dedecore: & sic his circūstantiis filio necessitatē imponit: ut in utroq; proficiat. Industrie. studii &
laboris. ¶ Honorū quos Cice. erat adeptus: fuerat enim edilis questor pretor augur consul anno quidē suo creatus
quod ante eū homini nouo non contigerat. ¶ Nois fame & glorie quoniā ipsius nomen plusq̄ romanū imperium
promouebat. Maxima igitur expectatio erat de filio ut patris studiū honores & famā imitaretur & nomē de se relin
queret ad imitationē patris clari & summi uiri degenerare enim a uirtutibus maiorum & speciē parentum iam con
ceptam fallere turpissimum est flagitiosum & sceleratū. ¶ Suscepisti onus preterea addit circūstantiam loci & p̄sone
idest. Cratippi qui princeps erat illius etatis philosophorū. Preterea ultra hec que dicta sunt & a te expectant̄. ¶ Ad
mercaturam bonarū artium qm̄ Athene erat gymnasium oīum bonarum artiū & tanq̄ mercatus ad emporium. Et
loquitur per trāslationē: ideo dixit tanq̄ qm̄ mercatura dicitur a mercando inde mercatus dicitur ubi res uēduntur
& mercatura est ipsa emptio. ¶ Inanem. i. uacuū sine litteris & moribus. i. ne bonis artibus quarū Athene fuerunt
inuentrices. ¶ Turpissimū infame dedecorantē deturpantem Athenas & Cratippū. ¶ Quare quantū cōniti cōclu
dit exhortans filiū ad studia & decorū prestandū monetq; ut nō fugiat labores sed oīa summe uoluptati ascribat:
ne uideatur sibi defuisse cū omnia a patre habuerit que illum ad p̄fectionē facile possent ducere. ¶ Cōniti aio tota
mente & animi uiribus niti. ¶ Cōtendere conari cū labore. q. d. aio & corpore tibi enitendū est. ¶ Si discendi labor
est. q. d. uoluptas est labor qm̄ uirtute nihil est prestabilius: nihil dulcius & uarias habet uoluptates cognitio rerū &

Insinuatōe utit'. Mentis agitatio hoibus īnata est. Inuestigari. Cā cur Cice. in ocio scripserit. Diuus Hieronímus. Laus Ciceronis. Stare. Euersa respubl. Fruges. Fructus. De p̄hia morali & nāli. Laudat p̄hiam moralē. Ab officiis non est discedendū. Lasciui poete a pueris remouēdi. Salubris ad filiū p̄suasio. Magratꝰ Cice. Designare turpissimū est. Athene Istarū emporium mercatura. mercatꝰ. Vehemēs filii exhortatio. Cōniti Cōtēdeř. Discer uoluptas ē ñ labor cōmissa. Suppeditata. Plutarcꝰ de cato. Nota de filio instituēdo.

contēplatio. ¶ Tm̄ fac ut efficias:ut tm̄ assequaris & facias quātū omni conatu & labore animi & corporis. Ordo est fac ut tm̄ efficias quātū potes cōniti animo & labore contendere.q.d.nullū remittas tēpus:& effice quātū potes omi cōtentione.i.perseuerātia & conatu. ¶ Neue cōmittas non incidas in hoc erratū. Cōmissa(inquit Pedianus Asconius)dicunt que contra testatoris uoluntatē facta:aut non facta ab herede multa aliena plenaq; plectunt. ¶ Suppeditata subministrata ea omnia que ad te instituēdū pertinebāt & quorū usu ad studiū indigebas tuū idest omnia a me habuisti que a patre dari possunt & debent. Caue igitur ne uidearis tibi defuisse qd turpe est & flagitiosum. ¶ Sed hec hactenus hec dixisse sufficiant & alia iam missa faciamus. Cohortandi ad bonas artes & studia. Cato ille censorius(autore Plutarcho)filium suum litteras legesq; edocuit ad militieq; labores effinxit. Presente aūt illo tanq̄ uirginibus uestalibus omni uerborū turpitudine penitus abstinuit ut uera imago Catonis effingeretur. Aristoteles in.viii.ethices sic ait. Cum liberi ea parētibus tribuūt que genitoribus tribuenda sunt parentes aūt filiis que natis tribui debent stabilis talium & bona sit amicicia. Et alibi. Pater dat filio uitam nutrit & erudit. Plato in theage sic ait. Non noui profecto cui rei maiorem diligentiā(quisq; mentem habet)adhibere debeat q̄ ut filium optimum reddat. ¶ Proposite diuisionis qm̄ proposuit in principio se disputaturū de comparatione & repugnantia utilis & honesti. ¶ Panetius igitur repetit Cicero diuisionem Panetii: & ostendit illū duas propositionis partes absoluisse & omisisse tertiam de repugnātia utilis & honesti qm̄ partem se executurū promiserat. ¶ Disputat igitur an hec pars a Panetio Stoico recte fuerit introducta. Et probat q; non:qm̄ apud Stoicos nihil est utile quod nō sit honestum. Postea Cicero excusat Panetiū:& dixit illum intellexisse homines solere dubitare sed non oportere. Inde aggreditur hanc partem constituens formulam que obseruari debet & discutiens per uirtutes ostendit nihil esse utile quod uirtutibus non sit consentaneū. ¶ Igitur cū redeundum sit ad ultimā partē proposite diuisionis. Sine controuersia sine dubio. ¶ Correctione adhibita qm̄ correxit diuisionem Panetii & officiū definiuit quod panetius pretermiserat. Potissimū maxime qm̄ alios secutus est. Propositis tribus generibus cū tria genera proposuisset. qm̄ dixit triplicē esse consilii capiēdi deliberationē. ¶ Speciem apparentiā honesti & bene dixi speciē qm̄ id quod uere honestū est non pugnat cū utili. Hec.n.duo natura coniuncta sunt:sed distracta opiniōibus hominū: ¶ Quomodo qua uia:quibus rōnibus. ¶ Discerni cognosci:& iudicari. ¶ De duobus generibus.de honesto & utili dixit in tribus uoluminibus in fine tertii pollicitus est se de tertio genere dicturum:quod nō fecit q̄uis post editos illos libros.xxx.an. uixerit. ¶ De tertio genere de repugnantia utilis & honesti. Scripsit in fine tertii uoluminis. ¶ Nec exoluit.non persoluit tractatū a debitoribus nec executus est qd promiserat. ¶ Eo magis.tantomagis. ¶ Miror affert rationē quare miratur hanc partē promissam nō exoluisse panetiū. ¶ Edidisset.promulgasset atq; in publicū emisisset. ¶ Quē locum de repugnantia utilis & honesti. ¶ Cōmentariis. commentarii dicuntur libelli in quibus res non diffuse sed breuius q̄ tractari poterant scribuntur. Inde dicuntur Cesaris cōmentarii. Seneca lib.declama.ait nec cōmentario contentus erat in quo nude res ponuntur. ¶ Tam necessariū q̄ disputare de repugnantia & comparatione utilis & honesti. ¶ Minime assentior refellit eorū opinionē qui dicebant hanc partē non fuisse pretermissam a Panetio sed consulto relictā. ¶ Minime assentior.non accedo eorum opinioni. ¶ Sed consulto de industria & certo consilio pretermittitur in quod in tempus differtur. Relinquitur autem quod non resumitur. ¶ De quo alterū.unū ex his duobus potest(inquit Cice.) dubitari an hec pars fuerit adhibenda a Panetio. ¶ Alterum:nō habet dubitationē:qm̄ in sua propositione & diuisione hanc tertiam partem proposuit promisitq; in fine tertii libri se illā executurū postq̄ de honesto & utili disputauerit:ergo non fuit consulto relicta:sed pretermissa. ¶ Nam qui probat hanc partē susceptā fuisse a Panetio:afferens duas rationes. Vna est ipsum debuisse scribere tertiā partem cū duas absoluerit:qm̄ tribus propositis & duobus absolutis tertium restat. ¶ Preterea hec est altera ratio. ¶ In extremo.in extrema parte.iii.lib.ut ipse Cice.etiam facit in superioribus uoluminibus in quorū calce de reliquis se dicturum pollicitus est. Accedit eodem ad hoc probādum additur duabus rationibus allatis hoc tertium. Eodem ad illam opinionem & sententiam probandam. locuples fide plenus & autoritate maximus inquit testis:cui nihil deest ad faciendam fidem. P.Rutilium hic Rutilius Romanus fuit & stoica disciplina clarus auditor Panetii de quo supra meminimus. Qui ueneris eam partem quam apelles ingeniosissimus pictor fuit de quo Pli.lib.xxxv. Verum oīs prius genitos futurosq; posteaq; superauit apelles co usq; olympiade.cxii.in pictura prouectis ut plura solus prope q̄ ceteri oēs contulerit uoluminibus editis que doctrinam eam continent precipua eius in arte uenustas fuit. Pinxit Venerem e mari exeuntem quā diuus Augustus dicauit in delubrio patris Cesaris cuius inferiorem partem corruptam qui reficeret non poterat inueniri. Appelles inchoauit aliam uenerem cois superaturus suam illam priorem. Inuidit mors peracta parte nec qui succederet ope ri ad prescripta lineamēta inuentus est de hac parte Veneris Cice.intelligit. Strabo uolumine.xiiii. Agens de Coa insula dicit inerat ēt Venus nuda que nunc dico Cesaris Romane dicata est. Nam Augustus eam patri posuit ut generis parentem dicunt pro ea pictura dimissa fuisse cois centū talenta ex imperato illis tributo. ¶ Oris pulchritudo capitis quod ille depinxerat:os prius depingitur inde ad illius propositionem reliqua pars corporis. ¶ Quāobrem concludit Cice.ex illis duabus rationibus & testimonio possidonii atq; uerbis. Rutilii hanc partem non fuisse consulto relictam a Panetio sed iudicium eius fuisse hoc debet esse tertium genus exquirendorum officiorum. Recte ne aūt nunc affert alteram partem que potest habere dubitationem. An hoc.s. genus adhibendum fuerit a stoico philosopho & probat q; non:sed potius omittendum. ¶ Nam sine honestum affert rationes quibus ostendit hanc partem non recte introductam esse.etiam Panetius fuisset peripateticus non modo stoicus. Stoici enim dicebant solum honestum esse summum bonum.& nihil utile quod non esset honestum. Peripathetici aūt dicebant honestum maxime expectendum esse:sed postea adiungebant ad finem bonorum corporis:& fortune cōmoda. ¶ Honestum ipsa uirtus & habitus uirtutis. ¶ Ita summū.eo modo maximum. ¶ Vt oīa bona corporis & fortune. ¶ Et altera parte Ac si ponerentur in lance & expenderentur in trutina tanti ponderis est ipsa uirtus.ut cetera omnia que habentur bona ex altera parte posita.his habeant similitudinem minimi momenti. ¶ Motus ut moueat libram ex altera parte.numerantur tamen in bonis a peripatheticis:sed minima sunt in comparatione uirtutis. Dant enim honesto maximas partes stoici: quorum disciplinam sectabatur Panetius omnino se iungebant bona corporis &

Reprobat. Panetiū

Species honesti apparentia.

Translatio commentarii

Cōmentarius.

Preter mittere.

Reliquitur.

P.Rutilius.

Apelles Apellis.

Pictoris laus.

Venus picta.

Coa uenus.

Stoici. Peripathetici.

Virt⁹ maximi põderis est.

fortune a fine bonorum:dicebantq; uirtutem satis esse ad bene beateq; uiuendum ergo utilitas cum honestate pugnare non potest:et ex dogmate peripatheticorum. qm̃ minimi momenti instar habet: & ipsa uirtus nixa suis uiribus maximum habet pondus. ¶ Qui nunq̃. q̇ nunq;. ¶ Ita accepimus: audiuimus affert sniam socratis: qui moralis philosophie autor fuit:& fons uberrimus a quo riuuli:& secte defluxerunt. Execrari detestari accusate. ¶ Coerentia. coniuncta naturaliter. dicebat Socrates solum honestum esse summum bonum:& omne honestum esse utile:& omne utile honestum si uere utile est. hanc opinionem Stoici tenentes suũ dogma constituerunt qm̃ ut dictum est supra a disputationibus Socratis oẽs secte manarunt. ¶ Opinione opinantes aliquid esse utile quod nõ honestum & econtra. ¶ Distraxissent. separassent. ¶ Cui Socrati ita crediderunt Stoici. ut inde constituerint suũ dogma quod enixissime defendebant.

Socrates phie fõs uberrimus.

Nota cõtra Panetium.

¶ Quod si is esset Panetius. si Panetius (inquit Cice.) non fuisset stoicus: sed et is qui putaret uirtutem expetendam esse pp utilitatem: aut propter uoluptatem posset apud ipsum utilitas cum honestate pugnare: sed cum sit stoicus & stoica grauitate affirmet honestum esse solum bonum & utilitas non addat summo bono ex dogmate stoicorum apud eum: si sibi constare uult non potest esse talis pugna: qm̃ ipse omnino exterminat utilitatem: que non sit cum honestate coniuncta cuius utilitatis accessione: ut stoici dicunt: non fit melior: nec discessione peior.

Nihil utile quod non honestum.

¶ Metiuntur mensurant utilitatem & ponunt summum bonum in diuitiis aut uoluptatibus: ut dictum est in principio uoluminis. i. qui omnia expetunt referunt ad utilitatem aut uoluptatem:& illarum gratia oia faciunt. ¶ Que aũt bona. fortune & utilitates que propter se non sunt expetende. ¶ Huic solo bono. ¶ Repugnent contraria sint & uideantur cum honestate pugnare. Specie quadam apparentia qm̃ reuera nihil est utile quod non idem sit honestum.

Homo i tormẽtis bonus esse põt: sed non beatus.

¶ Neq; fieri meliorem qm̃ ista non suscipiunt gradus apud stoicos qui dicebant bonum esse beatum & felicem nec fieri meliorem accessione diuitiarum quas ipsi non numerabant in bonis: sed quadam estimatione dignas censebant. Vnde dicebant uirtutem satis esse per se ad bene beateq; uiuendum: et si torqueret in tauro phalaridis: quod negabant peripathetici & Platonici: dicentes hoiem uirtute preditum cum est in tormentis esse bonum sed non beatum: qui magis adherent nature:& non relinquunt corpus: ut faciunt stoici. ¶ Non uidetur debuisse non uult plane affirmare Cice. ne uideatur nimis studiose insectari Panetium & urgere.

Summũ bonum iuxta zenonis sniam.

¶ Etenim. quod summum bonum interpretatur Cice. summum bonum quod stoici constituebant qua interpretatione ostendit hanc comparationem non recte a Panetio introductam. ¶ Vt opinor: ut puto utitur mediocritate:& nõ uult affirmare hanc esse sniam summi boni quod stoici constituebantur congruenter nature uiuere: nam ut supra dictum est: Zeno primus in libro de natura hominis dixit finem esse secundum naturã uiuere. Ita aũt est (inquit laertius) secundum uirtutem uiuere: ad eam quippe natura nos ducit. ¶ Congruere conuenire & nunq̃ discrepare a uirtute. ¶ Cetera aũt bona fortune & corporis quorum honesto usu natura indiget: aliter uita sustentari non potest: sed ita eligenda sunt: ut uirtuti non repugnent. Ergo apud stoicos si eorum finem recte sequi uolunt. utilitas non potest cum honestate pugnare: qm̃ spernere debent & pro nihilo ducere ea que uirtuti repugnant. ¶ Secundum naturam accõmodata nature a quibus natura ipsa sustentatur & alitur. ¶ Quod cum ita sit. ex supraditis infert conclusionem.

Perfectũ honestũ

Hoẽstũ secundũ

perfecti hoies habitũ uirtutis tenent.

¶ De eo genere repugnantia & cõparatione utilis & honesti. ¶ Ad illud quidem honestum probat Cice. ne perfectum honestum quod in solis sapiẽtibus cadit: nec secundũ honestum quod est cõe: quodq; officium medium dicitur: cum utili comparari posse: ut multomagis ostendat hanc partem a Panetio non recte introductã: qm̃ eius professio aliter sentire debet de honesto utili & ipsorum repugnantia prius affert per officium inde medium siue cõe & sic ponit differentiam utriusq; officii: ut concludat talem comparationem non recte introduci a stoico: cum ea etiam peripathetico non esse consentanea. ¶ Sapientibus perfectis hominibus: qui habent habitum uirtutis & officium perfectum exercent: quod ad uirtutem diuelli potest qm̃ habet omnem perfectionem. ¶ Sapientia perfecta non est. non perfecta uirtus: sed aliqua ad uirtutem sapientiamq; progressio & cum in ipsis non sit perfecta sapientia: ut et perfectum honestum esse non potest: sed similitudo quedam honesti. & est ipsum officium medium. ¶ Similitudines ut sunt media officia: de quibus certa ratio reddi potest. ¶ Hec enim omnia. probat ex diffinitione stoicorum similitudines honesti esse in homine non perfecto: qm̃ uersatur in mediis officiis que sunt secunda honesta. ¶ Cõia sunt omnibus hominibus tam perfectis q̃ imperfectis. ¶ Late patent ad plures se extendunt:& omnibus cõia sunt & ab omnibus exerceri possunt perfecta uero officia a solis sapientibus: de mediis officiis potest reddi ratio: unde dicit in Tusculanis questionibus philosophiam moralem constare ex collatione rationum: quod .s. ratio affertur quare quidq; factum sit. ¶ Omnis numeros omnem perfectionem. Cum aũt aliquid dicit Cice. imperitam multitudinem non recte de ipsis officiis iudicare: qm̃ putant media officia esse perfecta: ut hi qui picturam laudant cum omnino ignorant eam artem & erratum dignoscere nequeant.

Imperiti nõ recte d officiis iudicãt.

¶ Comparantur. fit comparatio mediocrium officiorum inter se. ¶ Id in quo media officia comparantur. ¶ Propter ea quod. affert rationem quare id accidat. ¶ Quid absit. A perfecto quantum ei desit ad perfectionem: quod imperiti cumulare perfectum opinantur. ¶ Non ex toto. non omnino & penitus ¶ Quatenus quantum. ¶ Intelligi. i. secundum opinionem suam & intelligentiam putat esse perfectum. ¶ Quod iudicare aliquid esse perfectum cũ non sit. ¶ Vsu consuetudine. ¶ In his qui laudant. ¶ Aliquid probi. probe facti & cũ perfectoine artis. ¶ Quod capiat delectet sic apud Marcialem. Te fortasse magis capiet de uirgine porca. ¶ Cũ sint docti. admoniti a sapientibus ipsi imperiti & edocti desistunt & scientia & aliter esse: ac ipsi opinabantur intelligunt. ¶ Itaq; qua pp inquit oẽs qui non habent habitum: sed quoddam signum ipsius uirtutis cõmouentur cũ uident aliquod medium honestũ laudant ipsum tanq̃ perfectum: qm̃ ipsi non habent usum perfecte uirtutis & non sunt sapientes ut possint iudicare an illud sit perfectum: quemadmodum ignari male iudicant de poematibus & picturis.

Ignari male indicãt de picturis

Tunc enim officium dr̃ esse perfectum cũ agens egit sciens eligens & pseuerans he tres conditiones ad officii perfectionẽ requiruntur. Malus homo rẽ iustam agit interdum ut dictũ est: sed non iuste: & ideo non fungitur officio perfecto: sed medio siue cõi. ¶ Itaq; una eademq; actio respectu agentium dr̃ perfectum officiũ & medium perfectiones aũt officiorum sapientes tm̃ cognoscunt. ¶ Indoles. signum uirtutis non perfecta uirtus & sapientia: ut possit bñ iudicare: sed habet quoddam medium honestum. i. aliquam progressionẽ ad uirtutẽ. ¶ Iudicare aũt quid in quacunq; re perfectum sit: prudentie est atq; sapientie. Hoies igitur imperfecti de profectio-

ne officii iudicare non possunt. quatenus aũt intelligunt & iudicant media officia putant esse perfecta. Vñ multitudinis iudicio multi putamur sapientes: q non sunt sed in mediis uersantur officiis: & quandam similitudinẽ gerunt uere sapientis & adumbratam imaginẽ non solidam & expressam. Videtur enim esse sapientes. & cũ non sint. ℂ Nec uero affert. quosdam q & fortes & sapiẽtes habiti sunt. & ostẽdit illos nõ fuisse. aut perfecte fortes. aut plane sapientes: sed uersatos fuisse in mediis officiis. ℂ Duo decii pater & filius qui magno aĩo se pro totis legionibus deuouerunt. Duo Scipiones. Publius Gneus fratres qui in hispania occubuerũt in scdo bello punico. Fabricius Romanus iustus fuit: & contra Pyrrhum pugnauit ut dictũ est: & dicetur loco suo. Pyrrhus certior factus a Fabricio de ueneno qd medicus parabat dixit. Ille est Fabritius qui difficilius ab honestate q̃ sol a curru suo auerti potest. Aristides atheniensis Lisimachi filius fuit: & eximie iusticie. Fisci procurator designatus non etati sue solum magistratus: sed & superiores multaq; ad remp. pertinebant in rem suam uertisse oñdit. Imprimisq; Themistoclẽ: qui tametsi sapiens uir parum tñ continentes manus habuisse iudicatur. Aristides (inquit Plutar.) cum oĩs uirtutis tum maxime equitatis & iusticie apud populũ periculum fecit: que ad summam semper utilitatẽ ac fructum referuntur Ex qbus aristides q̃q̃ uir inops & plebeius regium tñ in primis: ac diuinissimũ iusti. s. cognomen assecutus est. ℂ Aut ab illis Deciis & Scipionibus. ℂ Aut ab his. Fabritio & Aristide. ℂ Sic sapiens: sic perfectus in oĩ uirtute. ℂ Vt sapientẽ perfectissimum. s. qualẽ stoici custodiebãt & uolebant. ℂ Nec hi qui sapientes. Nunc ostẽdit illos non fuisse plane sapientes: q habiti sunt & apud nostros & apud grecos. ℂ C. Lelius Scipionis amicus. In lelio ait. Vnum te sapientem appellant & existimant: & attribuebatur hoc modo. M. Catoni scimus. L. Acilium apud patres nostros appellatũ fuisse sapientem: sed uterq; alio quodãmodo. Cato quia multarum rerum usum habebat. multaq; eius in senatu: & in foro uel prouisa prudenter uel acta constanter: uel responsa acute ferebantur: propterea quasi cognomẽ iam habebat in senectute sapientes. Te aũt alie quodãmodo dicunt non solum natura & moribus uerũetiam studio & doctrina esse sapientẽ. Nec sicut uulgus: sed ut eruditi solent appellare sapientẽ qualem in reliqua grecia neminẽ. Nam qui septẽ appellantur eos que ista subtilius querunt: in numero sapiẽtum non habent: hanc esse in te sapientiam existimãt: ut oĩa tua in te posita esse ducas humanosq; casus uirtute iferiores putes. M. Cato. Cẽsorius. s. ℂ Nec illi qui septẽ sapientes habiti sunt autore Laertio. Thales: Solon: Periander: Cleobolus: Chilon: Bias: Pittacus: his adnumerant pleriq; Anachrasim: Scitam: Misonam: Chium: Pherecidẽ: Syrum: Epimenidẽq; cretensem. Addunt aliqui & Pysistratum tyrannũ. ℂ Frequentia multitudine: qm̃ mediis officiis peruenitur tandẽ ad perfectum. ℂ Similitudinẽ. uidebantur inquit sapientes: sed non erant: ut uere sapiẽtes intelliguntur. ℂ Quo circa concludit Cice. ex supradictis: nec perfectum honestum: nec medium debere comparari cũ utilis repugnantia. ℂ Cõiter. quod est omnibus cõe & mediũ quoddam honestum qm̃ constat ex mediis officiis. ℂ Quod cõe honestum & medium: qm̃ illi qui boni uolunt uideri: in mediis officiis uersatur. Emolumentis. utilitatibus: qm̃ non esset boni uiri si potius utilitates q̃ honesta sectarentur: quibus rationibus urgetur Panetius qui cum esset stoicus: hanc partẽ introduxit. ℂ Tanq̃ id honestum affert rationem quare cõe honestum non debet comparari cum emolumentis: qm̃. s. hi qui uersantur in mediis officiis. ut ad perfectam tandem perueniant: & progressionem iam factam ad uirtutẽ retineant non aliter ipsum mediũ honestum debent tueri q̃ perfecte sapientes. illud perfectũ honestum tuentur & colunt. ℂ In nostram intelligentiam: qm̃ non sumus perfecte sapiẽtes: & intelligimus media quedam honesta non perfecta. i. medium honestum. de quo non intelligimus. ℂ Quam. i. concernendum sapientibus id quod uere honestum. ℂ Aliter enim ratio qm̃ si a mediis officiis disceditur. progressio que facta est ad ipsum uirtutis habitum consequẽdum teneri non potest: sed ad uitium fit regressio. Vnde in mediis officiis perseuerandũ est. ut ad perfecta perueniatur que non aliunde q̃ a uirtutis habitu proficiscuntur. Ordo est Aliter teneri non põt progressio si qua facta est ad uirtutem progredimur ad uirtutẽ mediis officiis. quibus relictis ad uitium regredimur. ergo totis uiribus enitendum est. ut progressio ad uirtutẽ deseratur. quod oĩbus qui boni uolunt haberi faciendũ est. Sed hoc dictũ sit de his qui habẽtur boni. qm̃ medii funguntur officiis. q. d. apud illos qui officiis funguntur. Et ob id boni estimantur non est repugnanda utilis & honestĩ: sed apud illos qui oĩa dicunt expetenda pp utilitatem & summum bonum in diuitiis posuerunt. Ideo dicit. Qui autẽ omnia metiuntur. mensurant & dicunt expetenda pp utilitatem. Oĩa que faciunt & appetunt nõ pp honestatẽ. sed pp diuitias. ℂ Cõmodis utilitatibus. Preponderare mensurari. qm̃ boni uiri & officiosi oĩa que faciunt & appetunt honestate non utilitate ponderare debent & cogitare q̃ sit honestum non quantum afferat utilitatis id quod facere uolũt & appetunt. Illi aũt qui nondum media officia ingressi sunt oĩa utilitatibus metiuntur & sic apud ipsos utilitas cum honestate quam non curant. pugnare potest. apud officiosos non potest nec debet. ℂ Bonitas cum honestate quam non curant. pugnare potest. apud officiosos non potest nec debet. ℂ Boni uiri qui uersantur in mediis officiis. Itaq; quapropter interpretatur Cice. uerba & mentem Panetii. eumq; excusat. ℂ Hoc ipsum sensisse quod dixerit hanc sñiam habuisse id quod dixit Panetius hoĩes. s. solere dubitare: sed non oportere. qm̃ honestum cum utili pugnare non potest. Solere modo. solũmodo solere: sed non oportere: qm̃ non debet quis dubitare de hoc nisi ab officio sit oĩno alienus: quod cum ita sit Panetius non est reprehendendus: immo laudandus qm̃ intellexit non oportere: ut suam decebat professionẽ: & profecto si hanc partem absoluisset nil aliud ut opinor fecisset nisi eos refellere. q in tali comparatione dubitare solerent cũ non oporteat: & hec pars certo admodũ necessaria erat: sed quare omiserit incertũ est. & ipse uiderit. Vnde possidonius bñ dicebat nullum esse locum in phĩa tam necessarium. hoĩes enim ac parte intellecta magno liberantur errore: cũ. s. cognouerint honestum cũ utili pugnare non posse & in hac cõparatione dubitandum non esse: nec talem comparationẽ fieri debere: & sic sñie Rutilii accedendum est qui reddit rationẽ quare alii post Panetium hanc partẽ ab illo relictã non sunt prosecuti. ℂ Pluris: maior in precii & mométi. ℂ Sed hec utile: & honestũ. Quid ergo est querit a se qd sit illud quod talẽ ad dubitationẽ affert & soluit dicẽs: tunc oriri talẽ dubitationem cũ exploratũ non habemus quale illud sit de quo cõsideratur: qm̃ si esset certũ cuiusmodi esset nullã haberet dubitationẽ si pateret: aut esset honestũ. ℂ Considerandum examinãdum & iudicandũ. Quale sit honestũ an turpe. ℂ Sepe enim tõ quare oritur dubitatio cũ ignoratur quale id sit de quo deliberamus: & affert ancipitẽ curam cogitandi. ℂ Tpe conditione tpis: & sic circũstantia fit ut id non facit turpe qd

Officiũ pfectum
Indoles.
Iudiciũ multitudinis fallax.
Duo decii.
Duo scipiones.
Fabrit9.
Pyrrhus de fabritio.
Aristides iustus.
L. Acili9 sapiens.
Cato sapiens.
uera sapientia.
Septẽ sapientes nõ sunt sapiẽtes.
In mediis officiis perseuerandũ ne uitia sua subrepant.
Metiuntur. i. mẽsurant.
Quõ utilitas cũ hõestate puguet.
Panetiũ excusat.
Circunstantie sunt dubitatiõis cause.

erat:& id non honestum quod per se erat honestum. ℭ Plerūq; fere semper. ℭ Inueniatur aliqua. s. circunstantia temporis aut persone:& ponit exemplum de necessariis. ℭ Quod pateat latius quod ad plura se extendat & ad multa possit trāsferri. ℭ Nam uno hoc exemplo alia possumus intelligere. ℭ Familiarem amicum:qm̄ Brutus non modo amicus:sed etiam filius Cesaris habebatur. Nam dicitur. Cesar cum concubuisse cum seruilia matre Bruti & sorore Catonis. Vnde Cesar cultu filii brutum apud se habebat & eum maxime ornabat cum uulneribus appeteretur a coniuratis & uidisset brutum stricto pugione in se irruentem:grece:dixit:& tu fili:& sic omni spe iam euadendi deposita caput toga obuoluit:& ad imos pedes deduxit:ut honestate caderet. ℭ Nō igitur. i. an sceleratus habēdus est. q. d. non est reus sceleris tyrannicida immo dignus laude. ℭ Populo Romano qui laudauit necem Cesaris & per cussoribus premia decreuit. ℭ Preclaris summa laude dignis. Illud cedem Cesaris tyranni. ℭ Pulcherrimum maxima laude uirtutis dignum & athenienses Harmodio & aristigitoni tyrannicidis statuas erexerunt. Vtilitas publica que secuta est ex morte tyranni. ℭ Vicit igitur dicet aliquis (inquit Cice.) Vtilitas in tali re uicit honestatem:immo respondet utilitas secuta est honestatem. qm̄ omne honestum est utile. Honestatem: q; familiaris occidit amicū non fuit turpe (inquit) amicum occidere:sed honestum & utile:qm̄ erat tyrannus:cuius cedes utilis est oībus & laude honestatis onrata. quippe talis lues e medio tollenda est ne aliis noceat. Qui igitur hoc malum ex hoīum societate remouet summa laude dignus est. Nec erat Cesar bonorum amicus cū esset tyrannus:sed pótius inimicus. Vñ a bruto reip. oppresse studioso potuit cū laude interfici. Plato in. ix. de reip. sic ait Libertatē & amicitiam uerā natura nunq̄ tyrannica gustat. ℭ Itaq; ut sine ullo errore alatis rationibus supradictis regulam quandā constituit Cicero ut sine errore iudicari possit:& qn̄ utile cum honesto pugnare uidebitur. ℭ Formula regula modus quidam & norma que sit consentanea discipline stoicorum qui dicunt nihil esse utile qđ non honestum. ℭ Discipline: secte & dogmati stoico. ℭ Consentanea. conueniēs:accōmodata:& affert rationem quare. ℭ Quam formulam. i. regulam inuestigandi officii. i. accionis honeste. ac per hoc laudabilis. ℭ Qui peripatetici. dictū est in primo uolumine nullam fuisse differentiam inter ueteres academicos & peripateticos in opinionibus tam morum q̄ ēt rerum naturalium sed solis nominibus fuisse separatos. ℭ Veteribus quorum autor fuit Pla. & ueteribus dicit:qm̄ fuit postea media academia & noua uarieq; opiniones. ℭ Tñ ab eis stoicis. ℭ Splendidius. maiore laude. Quā ab his peripateticis & academicis. utilia ab honestis separabant & expetenda esse dicebant:sed comparatione uirtutis nullius pene momenti esse dicebant. Stoici uero asseuerabant nihil oīno esse utile quod non esset honestum. ℭ Nobis aūt profitetur Cicero se academicum. Academici enim nihil affirmabant:sed disputabant in utrāq; partem. & id iure suo defendebant quodcūq; occurreret probabile & ēt ab aliis diceretur qui non essent eiusdem discipline. Vñ Ciceroni academico magna dabatur licentia ut sequeretur formulam consentaneam discipline stoicorum:quia probabilior uidebatur: & id qđ in aliis probabile uidetur Academicus iure suo potest fieri & disputatione defendere. Hanc formulam Cicero sequi non potuisset si se peripatheticum professus esset qm̄ fuisset contra suum dogma. Certe enim erant aliorum discipline & diffinite opiniones Achademici uero de omni re disputabant in utrāq; partem & nullas positione seruabant sed id quod in quoq; uidebatur probabile sequebantur nihil affirmantes. ℭ Quodcūq; omne quod uidetur maxime probabile ex quocūq; dogmate. Nostro iure liberalitate ab omnibus concessa nobis:qm̄ hic est mos academicorum. ut probabilia sequantur:nihil ipsi affirment. Idq; orationis genus autore Laertio traditum a Pla. per interrogationem ac responsionem ex umbra in certamen & puluerem primus eduxit Lacydes Alexandri filius Cyreneus noue academie princeps Arcesileq; successor. Lacido successit Carneades qui nouā academiam illustrauit. Carneadi Clitomacus in quo academia philosophia desiit. Aristoteli successit Theophrast[9] in quo atq; Clitomacho Crisippo ut colligit Laertius icomica philosophia desiit. Lacydes ut inquit Eusebius putauit ab omnibus nihil penitus comprehendi posse. ℭ Sed redeo. quia fecit digressionem redit ad formulam quam uult constituere.

Brutus filius Cesa. habebatur mors Cesa. tyrannicida. Statue tyrānicidis erecte. Oē hōestū utile ē Bruto.

formula

Stoici nihil cēsent utile qđ non sit honestū academici nihil affirmabant. Mos academicorum lacydex noue academie princeps Genealogia academicorum.

Fortuna qua officium cognoscitur.

Non sunt alterius cuiusq̄ commoda damno
Nam scelus id grande concipienda uiri.

☞ Ita sui quisq; perfectus amas esse debet ut cōmodo suo alteri damnum minime inferat.

Detrahere igitur aliqđ alteri & hominē hominis incōmodo suū augere cōmodū magis est contra naturam q̄ mors q̄ paupertas q̄ dolor q̄ cetera que possunt aut corpori accidere aut rebus externis. Nam principio tollit conuictum humanū & societatē. Si enim sic erimus affecti ut propter suū q̄sq; emolumētū spoliet aut uiolet alter; disrūpi necesse est eā q̄ maxime est secūdū naturā humani generis societatē. Vt si unūq̄dq; mēbrū sensum hūc haberet ut posse putaret se ualere si p̄ximi mēbri ualitudinē ad se tra

ASCE.

d Etrahere describit formalem qua officium cognoscitur. ubi controuersia est inter honestum & utile dicens Igitur detrahere idest auferre aliquid alteri & hominem augere suum commodum incommodo idest damno hominis scilicet alterius est magis contra naturam: idest magis repugnans & fugiendum humane nature q̄ mors q̄ paupertas q̄ dolor q̄ cetera q̄ possunt accidere aut corpori aut rebus externis. nam supple id facere tollit principio. idest in primis conuictum. humanum & societatem supple humanam. Sic enim erimus affecti sic ut quisq; spoliet aut uiolet. alterum propter suum emolumentum. idest proprium commodum necesse est eam societatē humani generis que maxime est secundum naturam humani generis disrumpi. i. uiolenter dissolui ut. i. queādmodum si unum quodcūq; membrum haberet hūc sensum. i. ita sentiret ut putaret se posse ualere si traduxisset ad se ualetudinē proximi mēbri necesse esset totum corpus debilitari & interire si sic unusquisq; nostrū rapiat ad se cōmoda aliorum & detrahat cuiq; quod possit gra

Actio cōtra naturam.

ERAS. Quod uis incōmodum poti[9] accipiēdū q̄ iniuste quid cōmittēdū.

duxisset: debilitari & interire totũ corpus necesse eẽt. sic si unusquisq; nostrum rapiat ad se cõmoda aliorum detrahatq; quod cuiq; possit emolumenti sui gratia societas hominũ cõmunitasq; euertatur necesse est. Nã sibi (ut qsq; malit) qđ ad usum uite pertineat q̃ alteri acquirere concessum est non repugnante natura. Illud quidem natura non patitur ut aliorũ spoliis nostras facultates copias opes augeamus. Neq; uero hoc solum natura iure gentium sed etiam legibus populorũ quibus in singulis ciuitatibus respu. continentur eodem modo constitutum. ut non liceret sui cõmodi causa nocere alteri. Hoc enim spectant leges hoc uolunt incolumen esse ciuium coniunctionem. quam qui dirimũt eos morte exiliis uinculis damno coercent. Atq; hoc multomagis exigit ipsa nature ratio que est lex diuina & humana cui parere qui uelit (omnes autem parebunt qui secundũ naturã uolent uiuere) nũq̃ cõmittet ut alienũ appetat: & id quod alteri detraxerit sibi assumat. Etenim multomagis est secundum naturam celsitas animi & magnitudo. itẽq; cõmunitas. iusticia liberalitas q̃ uoluptas: q̃ uita q̃ diuitie. Que quidem contẽnere & pro nihilo ducere cõparantẽ cũ utilitate cõi magni animi & excelsi est: detrahere aũt alteri sui cõmodi causa magis est contra naturã: q̃ mors q̃ dolor: q̃ cetera generis eiusdem. Itemq; magis est secundum naturã pro oĩbus gentibus (si fieri possit) conseruãdis aut iuuandis maximos labores molestiasq; suscipere imitantem Herculem illum quẽ hominũ fama beneficiorũ memor in concilio celestiũ collocauit q̃ uiuere in solitudine non modo sine ullis molestiis sed etiam in maximis uoluptatibus abundantem oĩbus copiis ut excellas etiam pulchritudine & uiribns. Quo circa optimo quisq; splendidissimoq; ingenio longe illam uitam huic anteponit. Ex quo efficitur hominem nature obedientem homini nocere non posse. Deinde qui alterum uiolat: ut ipse aliquid commodi consequatur: aut nihil se existimat contra naturã facere. aut magis fugiendã censet mortẽ paupertatem dolorem amissionẽ ẽt liberorũ propinquorũ amicorꝝ: q̃ facere cuipiam iniuriã. Si nihil existimat contra naturã fieri in hoĩbus uiolandis qui cum eo disseras qui oĩno hominem ex homine tollat. Sin fugiendũ id quidem censet & multo illa peiora mortem paupertatem. dolorem. errat in eo ꝙ nullũ aut corporis aut fortune uitiũ maxime uitiis grauius existimat. Ergo unũ debet eẽ oĩbus propo

tia sui emolumenti .i. lucri & cõmodi necesse est ut sup. societas & cõmunitas hominũ euertatur. Nam concessum est .i. licitum & permissum est: natura non repugnante. ut quisq; malit accipere sibi q̃ alteri quod ꝑtineat ad usum uite quidem .i. certe natura nõ patitur illud uidelicet. ut augeam⁹ nostras facultates copias: & opes spoliis aliorum. Neq; uero est hoc solum constitutum natura idest iure naturali & iure gentium sed etiam legibus populorum uidelicet singularum ciuitatum quibus .s. legib⁹ respub. cõtinentur in singulis ciuitatibus. Constitutum est inquã eodem modo ut nõ liceret causa sui .i. proprii cõmodi nocere alteri. Enim pro quia leges spectant .i. pretendunt hoc & leges uolunt hoc uidelicet coniunctionem ciuium esse incolumen .i. integram & illesam quã sup. coniunctionem qui dirimunt .i. dissoluunt eos coercent. uidelicet lege morte exiliis uinculis damno .s. rerum. Atq; ipsa ratio nature que est lex diuina & humana exigit multomagis hoc cui scilicet legi diuine & humane: qui uelit parere idest obtemperare omnes autem qui uolunt uiuere secundum naturam parebunt sup. ei q̃ cõmittet .i. patietur ut appetat alienum & assumat sibi quod detraxerit alteri. Etenim celsitas & magnitudo animi itemq; communitas. iustitia liberalitas est multomagis secundum naturã q̃ uoluptas q̃ uita q̃ diuitie. Que idest quas res .s. uoluptatem quidẽ .i. certe contẽnere & comparantem .i. cum qui comparet ea cum utilitate cõmuni ducere pro nihilo .i. nihil pendere in comparatione uidelicet communis utilitatis est magni & excelsi animi. Autem pro sed detrahere alteri causa sui cõmodi est magis contra naturam .i. magis execratur ab eo qui secundum naturam uiuit q̃ mors q̃ dolor & q̃ cetera eiusdem generis. Itemq; .i. similiter magis est secundum naturam imitantẽ idest eum qui imitari uelit illum idest nobilissimum herculem quem fama hominũ memor beneficiorum collocauit in consilio idest cetu celestium suscipere maximos labores & molestias pro conseruandis atq; iuuãdis omnibus gentibus si possit fieri q̃ uiuere in solitudine: non modo .i. non solum sine ullis molestiis. sed etiam in maximis uoluptatibus abundantem omnibus copiis ita sup. ut tu excellas: etiã pulchritudine & uiribus. Quo circa quisq; optimo & splendidissimo ingenio .i. habens optimum & splendidissimum ingenium anteponit illam uitam .s. priorem labores tales suscipientem huic .s. uoluptuose. Ex quo efficitur .i. infertur conclusio uidelicet hominẽ obedientem nature non posse nocere homini. Deinde qui uiolat alterum ut ipse cõsequatur aliquid cõmodi aut qui existimat se nihil facere contra naturam aut qui censet mortẽ magis fugiendam aut paupertatem dolorem amissionem etiam liberorum propinquorum & amicorum q̃ facere cuipiam iniuriam & sic existimat nihil fieri contra naturam in hominibus uiolandis qui disseras idest disputes cum eo qui tollat .i. auferat omnino hominem .i. rationem

ERAS. Ratio nature ius gentium ius ciuile qđ hi leges populorũ uocat

ERAS. Uit⁹ maxime sẽcũdum naturã.

ERAS. Complexio qualiscũq;.

ex homine.q.d.frustra.Sin.i.sed si censet id quidem uidelicet uiolare homines esse fugiendú & illa.s.mortem paupertatem & dolorem esse multo peiora:errat in eo ꝙ existimat.i.iudicat ullum uitium : aut corporis : aut fortune esse grauius uitiis anime. Ergo unum debet esse propositum omnibus ut eadem sit utilitas. & idest simul uniuscuiusq; &.i.simul uniuersoꝝ: quam.s.utilitatem si quisq; rapiat ad se omnis consociatio humana dissoluetur. Atq; si natura prescribit idest quasi pro lege fert : ut homo uelit consultum idest bene esse homini qui cú sit tantum.i.ob eam ipsam causam ꝙ is homo sit necesse secundum eandem naturam utilitatem omniū esse cōmunem . quod si ita est nos continemur omnes una in eadē lege nature. Et si idipsum ita est certe nos prohibemur lege nature uiolare alterum. Autem pro sed uerum.sup.est primum.i.antecedens.i.ꝙ eadem lege continemur igitur uerum sup.est &.i.etiā supremum.i.consequens.s.ꝙ lege nature prohibemur alterum uiolare. Nam quidem quod quidam dicunt esse absurdum uidelicet se nihil detracturos sup.esse causa sui cōmodi. parenti aut fratri:& aliam esse rationem ciuium & aliam reliquorum hi statuunt nihil iuris & nullam societatem cōmunis utilitatis esse cum ciuibus.que sententia distrahit.i.dissoluit omnem societatem ciuitatis. Autem pro sed. qui dicunt habendam esse rationem .i. cōmunionem & cōmertium ciuium & negāt rationem externorum hi dirimunt omnem societatem humani generis qua.s. societate sublata idest de medio lata liberalitas:bonitas:iusticia tollitur funditus que.i.quas uirtutes ii qui tollunt sunt iudicandi impii etiam aduersus deos immortales.enim pro quia ipsi euertunt societatem constitutam: ab his.s.diis inter homines cuius societatis arctissimum uinculum.i. potissima ratio eius conseruande est arbitrari esse magis contra naturam homini de me trahere homini causa sui cōmodi : q̃ subire omnia incōmoda uel extrema uel corporis uel etiam ipsius animi que uacent .i. careant iusticia:sunt scientie& ingenii perspicacitas que iniusto esse possunt dicitq; uacent iusticia & subdit causam di.hec enim uirtus .i. iusticia est domina & regina uirtutum quispiam forte dixerit.i.obiecerit ratione igitur sapiens si ipse conficiatur idest pereat fame.i.inedia abstulerit sup. iuste alteri homini ad nullam rem utili.i.penitus inutili cibum.Respondet minime uero si supple illo ablato cibo etiam conficiatur quid sup.dices si uir bonus possit spoliare uestitu phalarim crudelem & immanem tyrānum agrigentinum.s.nōne faciat.i.nōne spoliet eum ne ipse uir bonus conficiatur frigore respondet hec sunt facillima ad iudicandum.Nam si detraxeris causa tue utilitatis quid.i.aliqd ab homine ad nullam partē utili tu feceris inique & cōtra legem nature.Sinaūt.i.sed si tu sis is.i.talis qui possis afferre reip.atq; societati hominū multā utilitatē si remaneas in uita si tu detraxeris ob eam cām alteri nō sit reprehendendū: sinaūt.i.

ERAS. Edocet cū qbus ius sit seruandū.

ERAS. Homini ad nihil utili detrahere licet si ea species: ut societati prosis non proprie ibit.

sitū ut & eadē sit utilitas uniuscuiusq; uniuersoꝝ quā si ad se quisq; rapiat:dissoluetur omnis humana consociatio Atq; si etiā hoc natura prescribit ut homo homini quicunq; sit ob eam ipsam causam tm̄ ꝙ is homo sit consultum uelit necesse est secundū eandē naturā omnium utilitatem esse cōem. Quod si ita est. una continemur oēs & eadem lege nature. Idq; ipsum si ita est certe uiolare alteꝝ lege nature prohibemur. Verū aūt primū uerū igitur & extremū Nā illud quidē absurdū est.qd quidā dicunt parenti se aut fratri nihil detracturos cōmodi sui causa aliā rōnem esse ciuiū aliā reliquoꝝ hi sibi nihil iuris & nullam societatem cōis utilitatis causa statuunt esse cū ciuibus que snīa oēm societatem distrahit ciuitatis. Qui aūt ciuium rōnem dicunt esse habendam externorū negant. hi dirimunt cōem humani generis societatem qua sublata beneficentia liberalitas bōitas:iusticia funditus tollit. Que qui tollunt etiam aduersus deos immortales impii iudicandi sunt. Ab his enim constitutam inter homines societatem euertunt cuius societatis arctissimum uinculum est magis arbitrari esse cōtra naturā hominem homi detrahere sui commodi causa q̃ omnia incommoda subire uel externa uel corporis uel etiam ipsius animi que uacent iusticia. Hec enim uirtus omnium est domina & regina uirtutum. Forsitam quispiam dixerit. nonne igitur sapiens si fame ipse conficiatur. abstulerit cibum alteri homini ad nullam rem utili. Minime uero. Non enim mihi est uita mea utilior q̃ animi talis affectio neminem ut uiolem cōmodi mei gratia. Quid si phalarim crudelem tyrannū & immanē uir bonus ne ipse frigore conficiatur uestitus spoliare possit nonne faciat. Hec ad iudicandum sunt facillima nam si quid ab hoīe ad nullā partē utili tue utilitatis causa detraxeris inhumane feceris:contraq; nature legem. Sinaūt is tu sis qui multam utilitatem reipu.atq; hominū societati si in uita remaneas afferre possis si quid ob eā causam alteri detraxeris non sit reprehendendū. Sinautē id nō sit eiusmodi suū cuiq; incōmodū ferendū est potius q̃ de alterius cōmodis subtrahendum. Non igitur magis est contra naturā morbus aut egestas aut quid huiusmodi q̃ detractio atq; appetio alieni:sed cōis utilitatis derelictio contra naturam est enim iniusta. Itaq; lex ipsa nature que utilitatē hoīm conseruat & continet decernit profecto ut ab homine inerti atq; inutili sapientē bonum forteq; uirū trāsfe-

rantur res ad uiuendum necessarie. Qui si occiderit
multum de cõi utilitate detraxerit modo hoc ita facit
ut ne ipse de se bene existimãs seseq; diligẽs hãc cãm
habeat ad iniuriam. Itaq; semper officio fungat̃ utili/
tati cõsulens hoium & ei (quã ipse cõmemoro) huma
ne societati. Nã qd ad phalarim attinet perfacile iudi/
ciũ est. nulla enim societas nobis cũ tyrãnis. sed potius
summa distractio est neq; est contra naturam spoliare
eũ si possis. quẽ honestum est necare. Atq; hoc oẽ ge/
nus pestiferũ atq; impiũ ex hominũ cõmunitate ex/
terminandũ est. Et enim ut membra quedã amputan/
tur & si ipsa sanguine & tanq̃ spiritu carere ceperunt.
& nocent reliquis partibus corporis sic ista in figura
hoĩs feritas & immanitas belue a cõmuni tanq̃ huma
nitate corporis segregãda est. Huius generis sunt que
stiones he in quibus ex tempore officium exquiritur.
Eiusmodi igitur credo res Panetiũ persecuturũ fuisse
nisi alius casus aut occupatio consiliũ eius peremisset:
ad quos ipsas consultationes ex superioribus libris sa/
tis multa nulla precepta sunt quibus perspici possit
quid sit propter turpitudinẽ fugiendũ qd id sit quod
idcirco fugiendum non sit quia omnino turpe non est.
Sed qm̃ operi inchoato prope tamen absoluto tanq̃ fa
stigium imponimus ut geometre solent omnia docere
sed postulare ut quedã sibi concedantur quo facilius
que uelint explicent. Sic ego a te postulo mi Cicero ut
mihi concedas: si potes: nihil preter id quod honestũ
sit est propter se expetendũ. Sin hoc non licet propter
Cratippũ at illud certe dabis quod honestũ sit id esse
maxime ppter se expetendũ. Mihi utrũ uis satis est:
& tum hoc tũ illud probabilius uidet̃. nec propterea
quicq̃ probabile. At primum Panetius in hoc libro de
fendendus est ꝙ nõ utilia cũ honestis pugnare dixerit
aliqñ posse neq; enim ei fas erat. sed ea que uidentur
utilia. Nihil uero utile quod non idem honestum nec
honestum qd non idem utile sit sepe testatur negatq;
ullam pestem maiorem in uitam hominnm inuasisse.
q̃ eorum opinionem qui ista distraxerint. Itaq; non ut
aliquando anteponeremus utilia honestis sed ea sine
errore diiudicaremus si quando incidissent induxit eã
que uideretur esse non que esset repugnantiã. Hanc
igitur partem relictam explebimus nullius admini/
culis sed: ut dicitur: marte nostro. Neq; enim quicq̃ de
hac parte post Panetium explicatum est quod mihi
probaretur de his que in manus nostras uenerunt.

sed si id non sit eiusmodi ut. s. reip. utilitas affe
ratur cuiq; est suum incommodum potius in-
ferendum. i. portandum ac tolerandum q̃ sub-
trahendum de commodis alterius. Igitur mo
ribus aut egestas aut quid. i. aliqd huiusmodi
non est magis contra naturã q̃ detractio atq;
appetitio alieni sed derelictio communis utili
tatis est contra naturã: est enim iniusta. Itaq;. i.
& ita ipsa lex nature: que conseruat & continet
utilitatem hominũ. desseruit. i. prescribit profe
cto idest reuera ut res necessarie ad uiuendum
transferantur ab homine inerti. i. sine arte &
industria. & inutili ad uirum bonum & forté
qui. i. bonus fortisq; uir si occiderit idest casu
mortuus fuerit (ab ob & cado. non a cedo) ipse
detraxerit. i. morte sua imminuerit: multum de
utilitate communi modo. i. dummodo ipse fa
ciat hoc. i. transferat ad se uictum alterius ita
ut ne ipse bene existimans. i. iudicans sup. de
se & diligens sese. i. semetipsum habeat hanc
causam ad iniuriã. i. usurpet sibi iniuste. Itaq;
fungatur semper officio consulens. i. quicunq;
consuluerit & profecerit utilitati hominum &
ei societati humane quam ipse. i. ego comme-
moro. i. nunc predico. Nam perfacile est iudi-
cium eius sup. quod attinet ad phalarim. i. ad
quemuis tyrannum enim pro quia: nulla so-
cietas est nobis cum tyrannis: sed potius sum
ma distractio. i. dissociatio: neq; est contra na-
turam spoliare eum. s. tyrannum si possis quẽ
honestum est necare. (In odium Cesaris Cic.
ubiq; in tyrannos excandescit) atq; omne hoc
pestiferum atq; impium genus. s. tyrannorum
est extreminandum. i. extra terminos eiiciendũ
cõitate hoium. Etenim. i. quemadmodũ que-
dã mẽbra amputant̃ si & ipsa ceperunt carere
sanguine & spũ. s. uitali. & nocent reliqs parti-
bus corporis sic ista. i. execrabilis feritas & im-
manitas belue in figura hois quã. s. tyrãni exer
cẽt qui nihil hois ꝑter figurã habẽt segregãda
est tanq̃ cõi humanitate corporis. Questiones
in quibus officium exquiritur ex parte. i. de re
pente sunt huius generis igitur ego credo Pa
netium persecuturum fuisse eiusmodi res nisi
alius casus aut occupatio supple alia peremis
set idest dissipasset cõsilium idest propositum
eius. ad quas ipsas consultationes multa pre-
cepta sunt ex superioribus libris quibus pos
sit perspici. i. clare uideri qd sit fugiendum pro
pter turpitudinẽ: & quid sit quod nõ sit fugien
dũ idcirco quia nõ est oĩno turpe. Sed qm̃ nos
imponimus opi inchoato. i. incepto. tñ ppe. i.
quasi absoluto. i. cõsummato tanq̃ fastigium. i.
ueluti quoddã culmẽ summũ eius. ut geome-
tre solent non oĩa docere sed postulare ut que
dã concedant̃. i. pro probaris habeant̃ licet p
bata nõ sint quo. i. ideo ut explicẽt facilius ea
q̃ uelit Sic mi Cice. ego postulo a te ut mihi cõ
cedas si potes nihil eẽ expetẽdũ pp se ꝑter id qd
sit hõestũ. Sin. i. sed si hoc. i. s. cõcedere ñ licet pp
Cratippũ. i. dogma pipatheticoꝝ qd cratippꝰ p
fitet̃ at certe dabis. i. cõcedes mihi illud id. s. eẽ
maxime expetẽdũ pp se qd sit hõestũ. Vtrũuis. s.
siue hoc siue illud cõcedas utrũq; est satis mihi

ERAS. Causam. i. pretextũ & cõmẽtiam, defensionem.

ERAS. Efficit argumẽtũ a maiore.

ERAS. prĩcipia prima p se nota.

ERAS. Marte nostro p̃uerbialiter a militia trãslatum ubi suo marte rẽ gerere dicebantur q̃ multis auxiliaribus copiis adiuti committerẽt.

inquit cucurrerit eniti & contendere debet q̄ maxime possit ut uincant supplantare eum qui cum certet aut manu depellere nullo modo debet sic in uita sibi quē q; petere quod pertineat ad usum non iniquū est diri/pere ius non est. Maxime aūt perturbantur officia in amicitiis. quibus & non tribuere quod recte possis & tribuere quod non sit equum contra officium est. Sed huius generis totius breue & non difficile preceptū est. Que enim uidentur utilia honores diuitie. uolu/ptates: & cetera generis eiusdē hec amicitie nunq̄ an/teponenda sunt. At neq; contra rēp. neq; contra iusiu/randū ac fidē amici sui causa uir bonus faciet nec si iu/dex quidē erit de ipso amico. Ponit enim personā ami/ci cum induit iudicis. tm̄ dabit amicitie ut ueram amici causam esse malit ut perorande litis tēpus quoad per leges liceat accōmodet. Cum uero iurato dicenda sen tentia sit meminerit deū se adhibere testem. (ut arbi/tror) mentē suam qua nihil homini dedit ipse deus di uinius itaq; preclarū a maioribus accepimus morem rogādi iudicis si eum teneremus qua salua fide facere possit. Hec rogatio ad ea pertinet que pauloante dixi honesta amico a iudice posse concedi. Nā si omnia fa/cienda sint que amici uelint non amicitie tales: sed con iurationes putande sunt. Loquor autē de cōmunibus amicitiis. Nā in sapientibus uiris atq; perfectis nihil potest esse tale. Damonē & pythiam pythagoreos fe runt hoc animo inter se fuisse. ut cum eorū alteri Dio/nysius tyrānus diē necis destinauisset: & is qui morti addictus esset paucos sibi dies cōmendandorū causa postulauisset uas factus est alter eius sistendi: ut si ille non reuertisset moriendum esset sibiipsi. Qui cum ad diem se recepisset admiratus eorū fidem tyrānus pe/tiuit: ut se in amicitia tertium ascriberent. Cum igitur id quod utile uidetur in amicitia cum eo qd̄ honestum est comparatur iaceat utilitatis species ut ualeat ho/nestas. Cum autē in amicitia que honesta non sunt po stulabuntur religio & fides anteponantur amicitie: & sic habebitur is quem exquirimus delecctus officiis. Sed utilitatis specie in rempub. sepissime peccant: ut in corinthi disturbatione nostri durius etiā athenien/ses qui sanciuerūt ut eginetis (qui classe ualebāt) pol/lices preciderētur hoc uisum est utile nimis enim emi nebat propter propinquitatē. Egyna Pyreo. Sed nihil quod crudele utile. Est enim hominum nature (quam seq. debemus) maxime inimica crudelitas. Male etiā

non difficile preceptum est: & totius huius ge neris. Enim p quia: honores: diuitie: uolupta/tes & cetera eiusdem generis que uidentur uti lia hec nunq̄ anteponenda sunt amicitie. At. i. sed uir bonus neq; faciet causa sui amici con tra rempub. neq; contra iusiurandum ac fidē. nec si erit iudex: faciat de ipso amico contra rē pub. &c. Enim pro quia uir bonus sup. ponit idest deponit personam amici cū induit sup. personam iudicis ipse dabit amicitie tantum: ut uelit causam amici esse ueram: sed ut accō/modet tempus litis perorande. i. peragende quoad. i. quantum uel quousq; liceat per leges uero pro sed cum sententia sit dicenda. i. profe renda ipsi iurato. i. in iuramento astricto me/minerit se adhibere deū testem. i. (ut arbitror) mentem suam. i. conscientiam que diuina cre ditur qua ipse deus nihil dedit homini diui/nius. Itaq; nos accepimus a maioribus morē rogandi iudicis. i. quo iudex ab amicis roga/batur: preclarum. i. laudabilē si nos teneremus eum rogandi: uidelicet ea que possit facere sal ua fide hec rogatio pertinet ad ea que dixi pau loante honesta. s. posse cōcedi amico a iudice. Nam si omnia facienda sint que amici uelint tales non sunt putande. i. estimande amicitie: sed coniurationes. ¶ Loquor autem de amici tiis cōmunibus. Nam nihil tali. s. amicitie inho neste aut iniquo potest esse in sapientibus & perfectis uiris. Ferunt. s. hystorie damonem: & pythiam pythagoreos fuisse inter se hoc ani/mo ut cum Dionysius tyrānus. s. syracusanus destinauisset. i. statuisset alteri eorum diē necis. i. occasionis quo deberet necari: & is qui addi ctus esset morti postulauisset sibi paucos dies s. dilationis causa suorum cōmendandorum. i. causa suarum rerum disponendarum & ami/cis cōmendandarum: alter. s. eorum factus est uas. i. retentus & sponsor quo sponderet alteri uadere licebat factus est inq̄ uas. i. spōsor eius sistendi. i. presentandi ad statutū diem sic sup. ut si ille non reuertisset moriendū esset sibiipsi qui. s. morti addictus cum recepisset se. i. rediis set ad diem. s. statutum. tyrānus. s. Dionysius admiratus fidem. i. fidelem amicitiam eorum: petiuit: ut scriberent se tertiū in amicitia. Cum igitur id quod uidetur utile in amicitia compa ratur eo quod honestum est iaceat. i. relinqua tur ut contenta specie utilitatis & honestas ua leat. i. sit in precio. Cum autem ea que nō sunt honesta postulabuntur in amicitia tunc reli/gio & fides anteponatur amicitie & sic is dele ctus. i. ea disquisitio officii quem. s. delectū que rimus habebitur. Sad sepissime peccatur in rē/publicam specie utilitatis ut nostri. i. Romani sup. peccauerunt in distributione. i. euersione corinthi. illius ciuitatis opulentissime qui uide batur utilis romano imperio: sed tamen non erat honesta: quia iniqua Athenienses etiā du rius sup. gerunt que sanciuerūt ut pollices per scinderētur. i. amputarentur eginetis. i. incolis egine insule qui ualebant classe. i. nauibus diri gendis & remis impellēdis hoc est uisum athe niensibus utile: enim pro quia egina insula. s.

ERAS. Cōmodādum amicis sed citra aras.

ERAS. Quatenus obsequendū amicis.

ERAS. Damon & pythias nobile p amicorum.

ERAS. Iactat p negligatur.

ERAS. Parens pontus atheniarum.

qui peregrinos urbibus ut prohibent eosq; extermi- nant ut Pineus apud patres nostros Papius nuper. Nam esse pro ciue qui ciuis non sit rectum est non li- cere quam tulerunt legem sapiētissimi consules. Cras- sus & sceuola usu uero orbis prohibere peregrinos sa- ne inhumanum est.

imminebat nimis pireo illi portui atheniensiū propter propinquitatē: sed nihil utile sup. est quod crudele. Crudelitas enim est maxime ini mica nature hominum quam .s. naturam nos debemus sequi. Male sup. agunt etiā qui pro- hibent peregrinos uti urbibus & exterminant eos sup. fecit apud patres nostros .i. priscos ro- manos & papius nuper .i. a paucis annis fecit sup. Nam rectum idest iustum & equum non est licere eum supple qui non sit ciuis esse idest haberi pro ciue quam legem sapientissimi consules Crassus & Sce- uola tulerunt uero pro sed prohibere peregrinos usu urbis est sane idest ualde inhumanum.

MARS.

Nihil magis nature cōtrariū q̃ turpi- tudo.

Argumē- tū a na- tura.

FR.Ma. Exposi- tio.

Vm igitur uolens Cicero ostendere utilitatem non posse coniungi nisi cum honesto nec posse in re que uere utilis est esse turpitudinē discurrit per quattuor uirtutes. Docens nihil esse utile quod sit uirtutibus contrarium sed prius de his que uidentur utilia maliciosis cum sint contra iusticiam que semper utilis & prudentiam quā uult imitari malicia. Docet igitur quid sit agendum cum aliqua species utilitatis nobis preponitur. ¶ Obiecta posita ante oculos necesse est ut cōmoueatur animus illa utilitate. Cum animam attenderis diligenter consideraueris. ¶ Speciem apparentiam utilitatis cum re uera non sit aliquid utile quod nō est honestū. ¶ Tunc cum apparet turpitudo in re que utilis uidebatur: tunc in illa non est utilitas. C. Quod si ostendit ueram utilitatem cum turpitudine coniungi non posse quoniam nihil est tam contra naturam q̃ turpitudo & nil tam secundum naturam quam utilitas ergo simul duo contraria esse non possunt & hoc primum argumentum sumi- tur a natura. ¶ Recta enim. ratio quare turpitudo est contra naturam. ¶ Recta ea que recta sunt. ¶ Conuenientia consentanea excellentie humane. ¶ Constantia perseuerentia in bonum & nihil est tam constans q̃ ipsa uirtus. Con traria ea que non sunt recta nec conueniunt nature humane ut est turpitudo nec sibiipsis constant ut sunt uitia. ¶ Quam utilitas quoniam natura utile desyderat pro conseruatione sui quod uacet turpitudine. ¶ Cum igitur &c. Prima regula eiusmodi est quotiens inciderit: ut ex altera parte honestam esse uideatur ex altero uero utile ui- dendum est an contra honestatem faciat. si utile illum secutus fuerit: hoc est nunquid aliqua insit turpitudo: simul atq; turpitudinem inesse euideris. ¶ Tunc statim intelliges non utile euidentissimis aut rationibus probat: ubi tur pitudo sit. illic nullam utilitatem consistere. ¶ Sapiens utilitatis loquitur sapienter & caute non enim dixit aliqua utilitas: sed species utilitatis. Quia non est uera utilitas cōmoueri non potest non cōmoueri animus tuus utilitatis causa nec fieri potest quin utile uideatur si illas pecunias in tua potestate retinueris. Sed cum diligenter aduerteris turpitudinem inesse. turpe enim est immo licet aliena occupare tunc deniq; intelligas ꝙ utile uideatur & animam commouebant utile non esse. ¶ Quod si nihil est tam contra &c. id ita esse. ut scribit Cicero: uel ex eo intelligitur ꝙ quantum uis turpis aliquis sit nomine tamen turpitudinis appellari grauissime fert adulter: adulter uocari: & fur: indignatur si quis enim fur est dixerit. Natura quippe turpitudine repugnat. est enim communis intelligentia data nobis adeo quam alii communem sensum appellare que res notas: nobis efficit easq; in animis nostris inchoat ita ut honesta in uirtute ponantur: in uitiis contraria ea in opinione posita existimare non in natura dementis est. Certe eadem in re hoc concesso quam infirmari non potest uidelicet nihil magis secundum naturam esse q̃ utilita- tem nihil magis contra naturam q̃ turpitudinem sequitur turpitudinē & utilitatem esse non posse. Quod ergo tur- pe id utile nullo modo est &c. ¶ Itemq; alia ratio & argumentum sumptum a stoicorum peripatheticorum scilicet disciplina. ¶ Si ad honestatem inquit nati sumus. ut omnis fatentur & dicunt non esse natos ad honestum & quod est honestum id esse: aut solum aut maximum bonum: & quod est bonum utilem sequitur omne honestum esse uti le & secundum naturam que honestatem amat & utilitatem. Eaq; honestas: quoniam zeno dicebat solum hone- stum esse propter se expetendum. ¶ Omni pondere grauior. maxime expetenda & omnibus aliis proponenda: quoniam Aristote. sententia omnia alia bona ex altera parte collocata uix minimū momenti instar habebunt com- paratione uirtutis. ¶ Reliqua omnia bona corporis & fortune. ¶ Aut solum ut placeat stoicis. ¶ Aut summum: ut peripateticis .i. omnibus aliis bonis proponendum. ¶ Quare error hominum. homines inquit errore ducti id arri- piunt quod utile uidetur: & ab honesto separant qđ est contra naturam & nepharium. Ex hoc enim: quia ducuntur utilitate nulla habita rōne honestatis sunt homicide: fures: & aliis sceleribus inquinati. ut utilitatem consequantur: quam ab honesto contra legem nature fecerunt. ¶ Nihil enim ut ratio prescribit: utile est quod non sit honestum. ¶ Non proborum malorum hominum. ¶ Quod uisum est quod hominum speciem utilitatis tamen non indicat ipse error malorum hominum ibi esse turpitudinē quod est contra prudentiam & iusticiā: de quibus nunc agitur. ¶ Arripuit celeriter rapuit sine aliqua consideratione. ¶ Secernit. seiungit ab honesto & putat utile id quod non est honestum. ¶ Hic ex hoc errore: quia utile ab honesto secernitur: & putatur aliquid esse utile quod uacet honestate. ¶ Cice. gladii inuidiosi .i. ipsi siccarii & homicide siccarii appellantur a sicca: que significat ferrum uel cultrum. Lex cornelia de siccariis (inquit Iustinianus) homicidas ultore ferro persequebatur. uel eos qui hominis occidendi cau- sa cum telo ambulant. Sicca proprie est culter qui sub uestibus portatur ad insidias. Vnde in paradoxis inuehens in Clodium dicit. Mon appellatur inimicus qui cum telo fuerit ante senatum tua sicca deprehēsa est. Et in oratione que inscribitur de aruspicum responsis. Tum est illa in templo Castoris scelerata ac pene delectrix sicca deprehēsa. Venena quibus aliqui e medio tolluntur. ¶ Falsa testamenta quod est contra honestatem & iusticiam. Vnde Iuue. notat. M. Regulum qui ditanda signandoq; aliis falsa testamenta ditabatur. ¶ Signator. falso qui se lautum atq; bea- tum. Exignis tabulis ac gēma fecerat uda. Lex cornelia lata fuit. de falsis que & testamentaria dicitur: & penam irro- gat ei qui testamentum uel in secundum aliud falsum scripserit: signauerit: recitauit: sculpserit: expresserit: sciēs dolo malo: eiusq; legis pena in seruos ultimum supplicium est quod & in lege de siccariis & ueneficis seruatur (inquit Iustinianus) in liberos uero deportatio. ¶ Testamentū dicitur ut uult Iustinia. quasi testatio mentis. ¶ Furta rerum

Error malorū.

Siccari9.

Lex cor- nelia de siccariis.

Sicca.

M.Re- gul9 fal- sis testa- mētis di tatus.

Testa- mentū.

Furtum Peculat9 pecula- tor.

Expila- tiones.

Furtum unde di catur.

priuatarũ furtũ est cõtractio rei uel etiam usus eius possessioni sue: ut lege naturali ꝓhibitũ est admittere. ¶ Hinc ex
tali tanꝙ persona opiniõe. Peculatus. furta publica. ¶ Peculatus est furtũ. publicũ & peculator qui facit furtũ pecu
nie publice. & dicitur peculatus a pecore sicut & pecunia: furtũ uel a furno. i. nigro dictum est ꝙ clam & obscure fit
& plerũqꝫ noctu uel a fraude: uel a ferendo. i. auferendo. ut inquit Iustinia. ¶ Expilationes. dicuntur ab expilo pp
hoc inquit quia utile ab honesto secernitur. hi ꝗ sunt in magistratu expilant socios romani nõis: & eoꝝ bona diripi
unt ciuiũqꝫ romanoꝝ. ¶ Non ferende qm̃ pp nimias opes aliqui tyrãnice uiuũt: & alioꝝ inopie insultat. Vñ fit ut ab
aliis tolerari non possint. Apud antiquos: erãt ob id leges censorie. Et Licinius stolon legẽ tulit: ne liceret cui ultra
quingenta iugera possidere: ꝗ sua lege postea dãnatus fuit qm̃ substantia filii persona plus possidebat. & lex cẽsoria
erat ne ulla fundũ desideraret. i. ne haberet maiores domos ꝙ agros sed tpe Manii Eurii perniciosus habebat̃ ciuis.
cui septẽ iugera nõ essent satis. Hec mẽsura ut ait Pli. post exactos reges plebi assignata est. Voconius legẽ tulit (auto
re Pediano Asconio). Ne qs census hoc est pecuniosos heredẽ relinqueret filium. Hec aũt lex ei spectabat. ut nimie
opes nõ affectarent̃ nec quererẽtur ꝑ fas & nephas. Prisci certe Romani pauperes domi diuites in republica esse uo
luerunt: & preclarũ arbitrabant̃ non habere aurũ: sed aurũ habẽtibus imperare. ¶ Cupiditates regnãdi. & hoc acci
dit ꝓpter illum errorẽ: quia putant id esse utile qđ non est honestũ. Et sic tangit tyrãnos quoqꝫ uita nihil põt excogi
tari miserius. ¶ Quibus cupiditatibus Plato dicebat principatũ siue regnũ in quinqꝫ partes distingui. Nam aliquis
principatus legitimus est ut cũ magistratus a ciuibus electi (ut uolũt leges) imperãt: ut erant cõsules romani: ceteriqꝫ
magistratus: qui ciuiũ suffragiis creabant̃. Aliqs est naturalis: ut mares lege nature imperent feminis ubiqꝫ. Aliquis
secundũ consuetudinẽ: ut pedagogi: & magistri imperẽt pueris: qm̃ ita fert cõsuetudo. Aliquis est secundũ genus: ut
reges qui regnant ꝑ successionẽ. Aliquis est uiolẽtus: cũ aliqui imperãt ciuibus ui ad parendũ coactis: ut sunt tyrãni.
Tetrius crudelius. ¶ Fedius turpius & flagitiosius. ¶ Emolumẽta. n. ratio quare illis cupiditatib⁹ nihil est fedius. i.
falso iudicant illã esse utilitatẽ & premia rerũ: & nõ uident penã: qua ea cõscientia scelerũ uexabit: & non uidẽt turpi
tudinem quã incurrunt tali cupiditate regnãdi. ¶ Perrũpunt. uiolenter rumpunt & contẽnunt: qm̃ cõtra leges fasqꝫ
dominantur: & leges ipsas in ciuitatibus opprimunt oĩa ad libidinẽ administrãtes: sed sceleris cõscientia torquetur:
qm̃ nemo nocẽs iudicio suo absoluitur. ¶ Turpitudinis uitii quo nihil põt esse turpius ꝙdiu enim homo est in ali
qua turpitudine: tãdiu non modo infelix: sed infelicissimus est. Vitiũ quippe. per se satis est ad miserã uitã faciendã.
Magna est profecto uis cõscientie in utrãqꝫ partẽ: & pena turpitudinis omni supplicio acerbior est. ¶ Quãobrem
cõcludens Cice. precipit quid sit agendũ: ut hoc. s. genus deliberandi e medio tollatur. ¶ Deliberantiũ eoꝝ qui de
liberant & dicunt aliqđ esse utile quod nõ sit honestum. ¶ E medio e cõmuni hominũ societate: & recedent a nobis
qui statuimus nihil esse utile qđ uacet honestate. ¶ Sceleratũ: quia nocet hominũ societati. ¶ Impium. quia offendit
deum cui pietatẽ debemus. ¶ Qui deliberant. dubitando cõsultant ¶ Vtrũ id assequantur. hec est deliberatio e me
dio tollẽda. Deliberant. n. aliqui. utrum id solũ assequantur quod honestũ an utile quod uacet honestate. Ipsa dubi
tatio inquit nõ modo res ipsa cum sit non est sine scelere. ¶ Scientes. quia sciunt non esse honestũ quod cupiunt: tñ
falsa utilitate ducti se scelere. cõtaminant. i. inficiunt. & deformãt uitio. ¶ Dubitatione. dum deliberant an scientes
inquinẽt se scelere. ¶ Si ad id quod ipsi cupiũt. & de quo deliberant hoc est christiane philosophie in primis cõsen
taneũ legi diuine que prescribit ut illi qui uoluntate peccat tam in uitio: ꝙ si opera id quod cogitarat effecisset: ergo
concludit ea non esse deliberãda in quibus nõ modo ipsa actio sed etiam deliberatio turpis est. i. affert infamiam.
¶ Atqꝫ etiã precipit remouendã esse oĩno spem occultandi cũ aliquid deliberamus: qm̃ turpitudo ipsa propter se fu
gienda est. Vnde Sophocles: dicit: hi mihi occulte: qm̃ cuncta tuens cuncta & audiens omnia reuelabit dies. ¶ Opi
nio ꝙ opinemur id qđ facturi sumus posse occultari. ¶ Satis. n. nobis ratio quare talis spes & opinio fugiẽda est bo
no uiro & philosopho cui nil est cũ turpitudine agẽdũ: ẽt si deus uidere non posset. ¶ Hinc ex hoc: quia uir bonus
nil tale facere debet. Nam Plato in. ii. de repu. exemplũ hoc de Gyge introduxit ut ostẽderet que esset differẽtia inter
hominẽ & iustũ & iniustũ. Iustus. n. ẽt si posset occulte peccare non peccat. Iniustus aũt nactus oportunitatẽ peccat
& cũ non potest animũ tamen habet peccandi. Plato dicit. Progenitorem Gygis Lydi pastorem regis Lydie fuisse &
imbre uehemẽtissimo scissam esse terram: & in eo loco in quo animalia pascebãtur hyatũ patuisse: & ipsum descen
disse in specum & inuenisse equũ eneum concauũ: & intus cadauer hominis maioris humana forma hagẽtis au
reum annulũ quẽ detraxit: & ad pastores se recepit qui cũ annuli latiorem partẽ in qua gẽma includitur circa digitũ
uerteret: eãqꝫ intra manũ reiicere his qui aderant statim inuisibilis erat. & cum illam ad suũ locum reduceret uideba
tur quã uim annuli intelligens curauit: & ab his mitteretur nuncius ad regem: ad quẽ accedens illius uxorẽ stupra
uit: & cũ ea regi parauit insidias & illo sublato regnũ occupauit. ¶ Inducit̃ a Platone in. ii. de repu. Gyges (ut autor
est Herodo. lib. i.) Dascyli filius sateles fuit Cãdauli regis Lydoꝝ & regnauit Gyges in Lydia duo de quadraginta
an. & primus barbaroꝝ muneta apud delphos posuit Secũdus Mydas rex Phrygie. Candaulus (ut inquit Trogus)
Vxorẽ pulcherrimam habuit quã sodali suo nudam ostendit quo facto & amicũ in adulteriũ uxoris sollicitauit: &
hostẽ sibi fecit: & uxorẽ ueluti tradito alteri amore se alienauit. Nam breui post tẽpore cedes Candauli nuptiarũ pre
mium fuit ut uxor mariti sanguine dotata regnũ & se pariter adultero tradidit. Ad hũc Gygẽ allusit Pla. quẽ dicit in
tulisse stuprum regine: Fingit. n. quod de Gyge scripsit: ut ostenderet iusti uiri naturã. ¶ Discessisse hyatũ fecisset pro
pter imbres & motũ terre. ¶ Fores ualue siue ingressus. Inusitata. qm̃ erat cadauer illud maius humana forma. Vt
scribit Pla. Induit posuit in digitum. ¶ Regius pastor unus ex pastoribus. Candauli regis Lydie cui nomẽ dedit Ly
dius Atys filius Lydis confines sunt Iones & Phriges aurorã uersus. ¶ Consilium congregationẽ: qm̃ (ut inqt Pla.)
Pastores singulis mensibus aduocabant consiliũ & nuncios ad regẽ mittebant. ¶ Palam paladiqꝫ non habentes pa
lam. Ad palmã ad interiorẽ partẽ manus: qm̃ pala debet esse extra ut pateat: & sit palã. unde & puto nomẽ accepit.
¶ In locum ut pala non esset conuersa ad palmam sed extra. ¶ Oportunitate: occasione & ui annuli. Hunc agit ip
sum annulũ concludit Cice. sapientẽ non peccaturum: ẽt si clam id agere posset: qm̃ uir bonus honesta non oculta
querit: scit. n. turpitudinẽ per se fugiendã esse. Non occulta non querit ut occulte: sed ut honeste agat. Atqꝫ hoc loco
deridet. Cice. quosdã philosophos qui dicebant hanc rem de Gyge fuisse fictam a Platone. Certũ est inquit hoc neqꝫ

Furtum unde dicatur.
Leges cẽsorie.
Voconi⁹ legẽ cẽsoriã tulit.
Quintuplex ꝑncipatus legitim⁹.
Naturalis.
Ex cõsuetudine.
Successione.
Violẽt⁹.
Cõscientia scelerum torquentur flagitiosi.
Preceptũ diuine legi cõsentaneum.
Turpitudo per se fugiẽda.
Exẽplũ Platonis de Gyge
Gygis hystoria
Mira annuli uis.
Candaulus: pulcherrimã uxorem perdidit.
Lydi.
Pala.
Vir bonus honesta nõ occulta querit.

fuisse:neq; fieri potuisse:& interpretatur quid uoluerit Pla. per illū annulū intelligere: Hoc loco in hac parte in q
Cōmentitium. Cōmentum.
loquitur de fabula Gygis. ¶ Cōmenticiam. fictam cōminiscor:inde cōmentum fictio & inuentio. Teren. Atq; i pla
cōmentum placet. Non satis acuti qm̄ non perspiciūt quid significet talis annulus aut quare Pla. rem illam cōmēis
tus fuerit. ¶ Hec est uis annuli. hoc significat & hoc spectat fabula illa de annulo. ¶ Quid aliqd. i. si nemo po sin
suspicari te aliquid facturū & iniuste tamen non est faciendū. ¶ Causa diuitiarū ut sunt rapine: furta: expilationes: et
Dominari.
similia. ¶ Potētie ut plus possit ciuitate q̄ oporteat:& hoc est tyrānicū. ¶ Dominationis:dominari ꝓprie ad tyrānū &
pertinet:& quotiēs quis iniuste imperat dicit dominari. Ideo dixit supra. Cōtra Sylle dominantis opes Libidinis lus
Protheus peregrinus philosophus.
xurie ac alicuius turpitudinis qđ est contra uerecundiam & tēperantiam. ¶ Sit ne facturus. q. d. uir bonus & sapiēs
nō est facturus. Peregrinus Philosophus cognomēto Protheus (autore Gellio) dicebat utrū sapientē non peccaturus
esse etiā si peccasse eum dii atq; hoies ignoraturi forent nō enim pene aut infamie metu nō esse peccandum putāt
Egregiū prothei dictum.
sed iusti honestiq; studio & officio: si qui tamē non essent tali uel ingenio uel disciplina prediti ut se ui sua ac spōte
facile a peccando tenerēt:eos ois tunc peccare procliuius existimabant:cū latere posse id peccatū putarent impuni
tatēq; ex ea latebra sperarēt. At si sciant (inquit) homines nihil omniū rerum diutius posse celari suppressius prudēn
Versus sophoclis.
tiusq; peccabitur. Propterea uersus istos Sophoclis in ore habēdos dicebat. Nil occulte: qm̄ cuncta tuens & cuncta
audiens: oia reuelabit dies. Et alius poeta dixit ueritatē esset filiā temporis. ¶ Negant. s. philosophi. ¶ Id posse fieri
ut diis atq; hominibus futurum sit incognitū. ¶ Quāq̄ potest hic quidē fieri. s. ut aliquid fiat: quod ab hominibus
Cicero.
ignoretur. ¶ Sed quero (inquit Cice. si possent occultare id qđ ipsi negant occultari posse quidnā facerent. ¶ Vrgent
instant ipsi philosophi qui Plato. deridēt. Rustice inerudite: inelegāter: inepte ut decet rusticū. ¶ Negant posse. s. fieri
ut occultetur:& in hoc pstant non posse. s. fieri ut sit occultū hoc uerbū posse. s. non considerāt quid hoc uerbū signi
ficet:& hec interrogatio cū querimus si possint celare. ¶ Sed adhibemus tanq̄ tormēta: stimulos quibus cogamus
eos respondere qd de hac re sentiant. ¶ Sensus est tali interrogatione ad id hos philosophos ueluti qbusdā tormentis
tis adduco: aut cogantur fieri se esse facinorosos: si dixerint aliqd se facturos quod uacet honestate si clam fieri possit
si autē negauerint se facturos etiā si hominibus incognitū semper sit futurum fateantur turpitudinē propter se fu
Tormēta.
giendā esse. Tormenta dicuntur a torquēdo cum in corpore torquetur quis necesse est ut tormētis coactus fateatur.
Interrogationes igitur & rōnes quibus disputantes coguntur aliqd affirmare aut negare sunt tanq̄ tormēta:& ideo
dicit tanq̄ qm̄ in his rebus nō dicuntur proprie tormēta: sed per trāslationē. Proposita impunitate. i. q̄ impune pos
Facinorosi.
sint facere id qđ utile uidetur. Quod expediat utile ipsis uideatur quod tamē uacet honestate. Facinorosos malos
uiros: quia nō fugiunt turpitudinē propter se: sed metu infamie. Si negant se esse facturos aliquid inhonestū etiā si
Nihil iniustū utile esse.
celare possent. ¶ Per seipsa: non propter metū aliquē infamie. ¶ Si. n. turpitudo non esset fugienda per se hoies nacti
latebras oia turpia cōmitterent. Et quia usus est Cicero digressione. dicit iam redeundū esse ad propositū. Proposue
rat autē in omni deliberatione remouendā esse spem occultandi utilitatē non esse requirendam ubi est turpitudo.
De Bruto & Collatino cōsulibus.
¶ Ad propositū. ad propositā disputationē de repugnantia utilis & honesti incidunt sepe cause dicit Cice. incidere
sepe causas que animos in ancipitē delectationē trahunt cum. s. deliberatur an id quod utile uidetur possit fieri nō
turpiter & ponit exēpla: ut ostendat nihil esse utile qđ malicie coniunctū sit & iniusticie. ¶ Turbant ancipites agunt.
¶ Specie apparentia. ¶ Non turpiter. ut non ostēdatur honestas dum sit id quod speciē utilitatis habet. ¶ Cū Col
Bruti oratio ad plebem.
latino ponit exēplum Bruti & Collatini & ostēdit id qđ uidetur posse fieri honeste ꝓpter circūstantias. Post exactos
reges (autore Liuio) comitiis centuriatis a prefecto urbis ex cōmentariis Seruii Sulpitii duo consules creati sunt Bru
tus & Collatinus cuius nomen: qm̄ ex familia Tarquinoꝝ erat inuisum ramanis fuit. Dicebant. n. pulso Tarquinio
superbo penas Collatinū imperiū esse nescire Tarquinos priuatos uiuere non placere nomē periculosum libertati
esse Brutus Collatino collega plebē tali suspitione sollicitā ad contionē uocauit q̄ cum iusiurādū populi recitasset:
qui decreuerat ut nemo ex Tarquiniis Rome regnaret: nec uolebat aliqd esse in urbe unde periculū libertati esset: di
Collatinus Lucretie maritus.
xit inuitū se dicere hominis causam: nec dicturū fuisse ni charitas reipu. uinceret non credere populū romanum in
solidam uirtutē recuperatam esse. ¶ Regium. genus regium nomē non solū in ciuitate: sed etiā in imperio esse. ¶ Id
obstare libertati hunc tu inquit tua uolūtate. L. Tarquini remoue metū. Meminimus fatemur eiecisti reges: absolue
Derogo Abrogo
beneficium tuū: aufer hinc regium nomen res tuas tibi non solū reddunt Ciues: tui autore me: sed si quid deest mi
rifice augebunt: amicus abi & exonera ciuitatē uano forsan metu. ita persuasum est animis cū gente Tarquinia hinc
Tarquinius superbus ultimus rex romanorum.
regnum habiturū. Collatinus abdicauit se consulatu: rebusq; suis oibus lauinum translatis urbe cessit Brutus ex se
natuscō. ad populum tulit: ut oēs Tarquinie gentis exules essent. Collatinus a collatia oppido quōdam prope Ro
mam uia Tyburtina dictus est: maritus fuit Lucretie: quā noctu Superbi filius uiolauit in oppido Collatia absente
Collatino. Nā cum aliis erat in obsidione ardee urbis. ¶ Abrogabat imperiū auferebat cōsulatū: derogamus in par
tem: abrogamus in totū. ¶ Iniuste. cōtra iusticiā & honestatē: qm̄ Collatinus fuerat socius in expellēdis Tarquiniis.
¶ Principes. optimates & primi in ciuitate: qm̄ uolebant ut oēs Tarquinii essent exules. ¶ Superbi. Tarquinii supbi
Circūstātia rē honestam reddit.
quē expulerant hic fuit ultimus rex romanorū. ¶ Regni. q̄ nulla esset regū memoria in urbe & q̄ nomē Tarquinio
rum & regiū penitus tolleretur. ¶ Hoc erat utile patrie:& ideo honestū a circūstantia fuit abrogare imperiū Collati
no. Id enim fiebat a Bruto pro salute patrie aliter nō fuisset honestū: causa igitur faciebat: ut ipsa res honesta esset:
& sic erat honestū a circūstantia cause que est una ex septē que faciunt officiū. ¶ Propter honestatem. qm̄ consulere
De Romulo & Remo.
patrie utile erat & honestū: sine quo non potuisset dici utile. ¶ Ac in eo rege. nunc ponit cōtrariū exemplū de Ro
mulo qui fratrē Remum interfici iussit: ut solus regnaret Vulgatior fama est (inquit Liuius) lubrico fratris Remum
transilisse muros inde ab irato Romulo cū uerbis etiā increpitans adiecisset: sic deinde quicūq; alius transiliret me
Celer Remū interemit.
nia mea interfectū iri. Celer centurio iussu Romuli Remū interemit: Lucanus Fraterno primi maduerūt sanguine
muri. ¶ In eo rege Romulo qui urbē condidit & a suo noie denominauit Romā. ¶ Non ita. i. non ualuit utilitas
ꝓpter honestatē: sed Romulus spe utilitatis ductus nulla habita ratione honestatis fratrē interemi iussit. ¶ Species
Pello.
enim quare non ualuit utilitas propter honestatē. ¶ Species apparentia utilitatis. Illud enim non erat uere utile. qm̄
uacabat honestate. ¶ Pepulit: tetigit: percussit; impulit. nam pello idē est q̄ percutio & ferio lib. i. de diui. ait. Vt pel

lantur animi uehemētius sepe etiā cura & timore:& in secūdo ait.Num igitur cū aut muros babylonis aut homeri faciē cogito imago illorū aliqua me pellit. ℭ Hic Romul⁹ ipius & inhumanus fuit iterficiēdo fratrē.ℭ Pietatē.i.religionem.ℭ Humanitatē:quia fratrē interemit ut solus regnaret:quod utile uidebatur illi cum nō esset:quia nō erat honestū.Pōponius ait lib.i.ff.Si quis uiolauerit muros capite puniatur sicut hi qui transcendunt scalis admotis uel alia qualibet rōne.Nam ciues romanos aliunde ꝙ per portas egredi nō licet:cū illud hostile & abominādū sit. Nā & frater Romuli Remus occisus traditur ob id qđ muros transcēdere uoluit.Muri causam qm̄ edixerat: ut nemo sua menia trāsiliret hic murus uidebat̄ facere hanc rem honestā & cām occidendi Remū.Videbatur.n.honestū esse illū necare:qui in suum contemptū muros transcēderat:& hanc causam afferebat:sed idonea non erat: ut illā eandem posset facere honestā:& sic ostendit circūstantia debere esse idoneā qua mouemur ut aliqđ quod uidetur utile fiat sine offensione honestatis & etiā mouemur hoc a natura insitū esse ut honestū anteponatur utili:qm̄ nemo audet rem ipsam inhonestā defendere:sed conantur oēs afferre causam quare sit honesta:ut Romulus qui ꝗuis utilitatis tantū causa ut solus regnaret fratrē interemit:tū opponebat sceleri suo cām muri:& se ideo fecisse dicebat qm̄ menia trāsilierat.hec causa nō erat idonea:nec Romul⁹ hoc ꝑtextu potuit turpitudinē excusare suā:ꝗuis id cogitauerit. ℭ Pace bona uenia ipsius Romuli dixerim inqt Cice.ℭ Vel quirini.Varro ait Mars dicit̄ ab eo qđ maribus in bello preest:aut qđ a Sabinis acceptus:ibi est mamers Quirinus a quiritibus quirinalis collis(inquit Pōpeius)dictus est: quia in eū cōmigrauere Sabini a curibus uenientes:ut Romani a Quirino quirites dicunt̄.Romulus dictus est Quirinus .Quiris lingua sabina dicebatur hasta:unde Ouidi. Hastati cura quirini.Romulus dictus est Quirinus post mortem cum Iulio proculo apparuisset.Vel Romuli quocunq; nomine uolueritis appellari dicam ipsum peccasse. Romulus dictus est a rumine.i.māma lupe:que lac infantibus ꝓbuit.Vnde scribit Varro lib.ii.de re rusti.Subrium agni dicuntur sub māma rumis enim quondā māma dicebatur.ℭ Nec tamen:ꝗuis inqt utilitas sine honestate spernenda sit:tū nostre utilitates nō sunt spernēde tradēdeq; aliis:sed cōsulendū est ꝓprie utilitati modo fiat sine alteri⁹ iniuria.ℭ Quisq; igitur eam utilitatē coniunctā honestati:que ad se ꝑtinet amplecti debet & pōt cum laude qm̄ natura hoc nō exigit:ut nostras utilitates tradamus aliis cū nobis necessarie sint.ℭ Sue.ꝓprie utilitati.Scite prudenter & bene.ℭ Vt multa.scite.s.dicit hec esse una ex sententiis Crisippi stoici quas breuiter enūciabat:& he sententie dicūtur apotegmata.Hanc sniam Crisippi affert ad ꝓbandū id qđ dixit.Stadiū dicit̄ spaciū in quo hoīes ad brauiū currūt: & octo stadia faciunt mille passus.ℭ Cucurrerit stadiū dicimus curro stadiū:& in stadio & per stadia.ℭ Contēdere ualde conari.Supplātare.plātis calcare.& pedibus implicare simul currentē.ℭ Qui cum.cū quo certet cursu.ℭ Manu depellere deiicere cū manu:ut fecit Idas parthenopeius apud Papiniū in Thebaide:nā Idas preeunte parthenopeiū arrepta coma resupinum traxit:& sic prior iuit ad palmā.ℭ Sic.hoc modo:& pari ratione.ℭ Non est ius.non licet:qm̄ non est honestum.ℭ Maxime autē:nunc docet quomodo in ipsis amicitiis officia probentur.ℭ Perturbantur:peruertuntur:& nō iure fiunt:qm̄ iterdū causa est amicitia ut ab officio discedat̄ & prescribit que amicitiis postponenda ut que anteponēda sint:ut cum ambigitur quid agendū sit propter circūstantias facile iudicari possit: qđ sit ex officio.ℭ Non tribuere.non facere id quod fieri debēt amicorū causa:& id facere qđ fieri non debet.cōtra officium est:& laude honestatis carent Recte honeste & sine aliqua reprehēsione:qm̄ est honestū. ℭ Sed huius generis totius quibus.s.officiis debeamus ut in amicitiis:& hui⁹ partis facilis est preceptio.facile inquit pōt percipi in parte hac qđ sit agendum ex officio.ℭ Que enim.hoc est preceptum hominis.s.non debere amicitiis ea preponere que uidentur utilia:sed pluris amicitiā facere ꝙ has utilitates & uoluptates.ℭ Generis eiusdē.similia debemus utilitatis & omnia cōmoda postponere amicitie:ut amicis inseruiamus:hec omnia(ꝗꝗ nobis grata)relinquenda sunt.ℭ At neq; nunc ecōtra docet quid agendū non sit amicorū causa.Hec igitur prima lex inquit in Lelio in amicitia censeatur:ut ab amicis honesta petamus & amicorū causa honesta faciamus.Vnde uituperat̄ Blosius Cumanus Tyberii gracchi familiaris qui ut scribit Plutarchus ad cōsules deductus cū de rebus gestis interrogaretur se Tyberii iussu cuncta fecisse respondit.Ad hec Nasica quid si te capitolium incendere Tyberius iussisset: nunquid quoq; fecisses nunꝙ iussisset hoc inquit:sed si iussisset paruissem.ℭ Cōtra rēpu.non est aliud agendum contra rēpub.amici causa. unde dicit Martianus ut est in libris digestoꝝ.Minime maiores lugendū putauerunt eum qui ad patriā delendam & parentes & liberos interficiendos uenerint quin si filius patrē aut pater filium occidisset sine scelere etiā premio afficiendū omnes constituerunt.Nec est uiolanda fides.aut iusiurandū amicorū causa.ℭ Iudex . de ipso amico.i.si erit iudex in causa amici. Aristoteles primo moralium ꝗꝗ hec questio perardua est ob amicos : sed pro defensione ueritatis etiā propria impugnare oportet presertim philosophos.Nam cum ambo sint amici dum est ueritatē in honore preferre.ℭ Ponit.deponit nunc cū est iudex.ℭ Induit.cū suscepit ꝑsonā iudicis iam nō est amicus sed iudex. ℭ Tantū dabit.tribuet amico ut uelit ipsius causam esse magis uerā ꝙ sit causa aduersarii:hoc malum solū tribuendum est amicitie ab ipso iudice.ℭ Perorāde:litis defendēde & exponēdi iuris oratione aut ipsius amici aut patroni. ℭ Quoad inquantū leges iudiciorū permittunt.Nam cōcedebantur hore ad crepsidrā orantibus in causa sua aut alterius.ℭ Iurato qm̄ iurant iudices se iuste iudicaturos ad qđ tenentur sua ꝓfessione etiā si non iurarēt. ℭ Iurato. iudici qui iurat se recte iudicaturū qđ cum facit adhibet deum testē.i.mentē suam:ut uult Cice.delibatā e mente diuina.In Catone ait.Est.n.animus celestis ex altissimo domicilio depressus & quasi demersus in terrā locum diuine nature eternitatiq; cōtrariū.Mentē suā cōscientiā qm̄ mens natura diuina est.Sene.dicit De fide & religione scias agi ubicūq; de ueritate tractat̄ nā & si iureiurādo deus inuocatus & nō inuocanti testis:est nō tamen transies ueritatē ne iusticie transeas legē.ℭ Itaq; affert ad hoc probandū morē rogandi iudicis quo antiqui utebantur & .s. pro amico & aliis ea faceret que salua fide facere posset qm̄ debet iudex id qđ uerū est iudicare si aliter faceret uiolaret fidē quā debet deo quā iurando inuocauit.ℭ Preclarū laudabilem si eum morem nunc teneremus:qm̄ non peterentur a iudice nisi honesta:& que salua fide posset facere.ℭ Que salua fide facere possit hic erat mos.rogandi iudicis ut ea faceret iudex que posset nō uiolata fide.ℭ Que paulo ante dixi.ut.s.iudex mali causam amici esse uerā & ut cōmodet quo ad per leges liceat tēpore perorande litis.Hec igitur rogatio antiquorū ad ista pertinet que a iudice salua fide prestari possunt.ℭ Honeste.salua fide posse cōcedi amico ea que honesta sunt.ℭ Sed cōiurationes que semper

Pōponius li.i.ff.

Circūstātia sit idonea.

Mars. Quirin⁹ Romul⁹ uñdicit̄.

Apotegmata. Stadiū. Supplantare.

Preceptū in amicitiis seruandū.

Plutar. de blosio cumano

Peroran de litis. Hore ad crepsidram. Animus celestis. Mos rogandi iudicis. Cōiurationes in malā partem sumuntur.

sunt in malā partē & in alterius ꝑniciē & pfecta amicitia nō cadit nisi inter bonos uiros & inter se uirtute similes boni aūt uiri nil cupiūt nisi quid est honestū: & taliū amicitia pmanet qdiu sunt boni. Virtus (ut ait Arist.) res permanēs est: & bonoꝝ amicitia est sine querela mali uero stabilitatē non hñt neqꝫ .n. sibi ipsis similes perseuerant & paruo tpe sunt amici gaudētes mutua prauitate. ℂ Loquor aūt docet Cice. de quibus amicitiis loquat̃ de cōibus .i. nō de illis que sunt inter sapientes: qm̃ tales nō facerēt pro amico iniusta neqꝫ peterēt. Cōibus nō pfectis: sed eoꝝ q uersant̃ in cōibus officiis. Sapiētibus pfecta uirtute preditis. ℂ Nihil tale nō petitur ab amico ut aliqd faciat cōtra honestatē & nō pñt dici cōiurationes amicitie sapientū si inter ipsos oīa facienda sunt amici cā qm̃ talis amicus non petit nisi honesta nec alius plane sapiēs pstaret amico nisi honesta. Et ponit exēplū. Damonis & pythie pythagoreorum: Quattuor fuerūt amicorū paria monumētis grecorū latinorūqꝫ celebrata. Pylades & orestes Theseus & Pyrrithous. Scipio & Lelius. Damon & Pythias: de quibus nūc agit̃. Pythagoreos disciplinę pythagorice sectatores. Nā pythagoras ut dictū est ad cōnectendas amicitias plurimū ualuit & uolebat oīa esse amicorū cōia Aristo. ualde probat amicitiā dicens illā esse quandā uirtutē uel cū uirtute & rē apprime in uitā hoīum necessariā. Sine amicis .n. nullus eligeret uiuere licet cuncta bona possideret nā & locupletes & in dignitate ac summa potētia cōstituti plurimū amicis indigere uidentur. quid .n. pdesset talis prosperitas si beneficii cōferēdi auferat̃ facultas qd maxime fit commēdaturqꝫ in amico uel quō custodirent̃ seruarēturqꝫ sine amicis cū quanto plura illa sint tantomagis periculo subiaceāt. In paupertate quoqꝫ ac reliquis calamitatibus unicū putant in amicis esse refugiū. Hoc aīo tali amicitie uinculo astricti qm̃ erant sapiētes. ℂ Dionysius syracusanoꝝ tyrannus. ℂ Addictus destinatus & dānatus ad mortē addicere ēt est uendere per licitationem inde addicti apud antiquos dicebantur qui pretoris pronūciatiōe ac iussu cū soluēdo nō essent creditoribus uendebātur. In oratiōe pro Rabirio posthumo ait & quis est ex tāto populo q bona C. Rabirii Posthumo nūmo sestertio sibi addici uelit & tua posthume nūmo sestertio a me addicunt̃ titulus est in digest. de additione in diem. ℂ Cōmendādorū suorū cā utiret domū & res suas ordinaret domesticosqꝫ fidei alicuius cōmendaret. Huius hystorie meminit Valeri. lib. iiii. Vas spōsor .n. cōstituit se uadem pro reditu alterius. Vas spōsor datus in re capitali. Dicitur autē uas qm̃ cū spondet causa est ut alter uadat pro quo se uadē cōstituit. Varro ait: uas est appellatus que pro altero uadimoniū promittebant consuetudo erat cum reus parū esset idoneus inceptis rebus ut per alterū daret a quo caueri postea lege ceptū est ab his qui predia uēderēt uades ne darēt ab eo scribi ceptū in lege aucupioꝝ uadē ne poscerent nec dabat̃ Obses est q traditur imperio alterius ea cōditiōe ut si dator obsidis a fide recedat recipiētis ius sit in corpus & uitā obsidis. Eius sistedi .i. q in die cōstituta eū restitueret & q is qui dicebat iudicio sisteret hoc uerbo utuntur iurisconsulti. Vlpianus lib. digestorū. de eo per quē factū erit quominus quis iudicio sistat equissimum putauit pretor dolū eius coercere qui impedit aliquē iudicio sisti: & is dolo malo facit qui aliquē detinet ne iudicio sistat. ℂ Ad diē qua promiserat se rediturū. ℂ Cū igit̃ concludit. Cice. docēs qd amico agēdū sit cū aliqua spēs utilitatis obiicit̃. ℂ Quod uidetur. qd uere nō est utile .n. ab honesto non separatur. ℂ Iaceat Deseratur succūbat qm̃ honestas ceteris rebus ꝑponēda est. sic uerū utile cōsequemur. Merito inqt. Arist. viii. moraliū uidetur studiosus esse qui oībus prefert honestatem quinetiā in rebus agendis quandoqꝫ amicū prefert sibi. ℂ Religio metus dei. Et fides quam non debemus uiolare amici causa inhonesta petentis uiolata enim fide uiolatur iusticia que in se continet omnis uirtutes. Et religio & fides anteponentur amicitie. ℂ Habebitur delectus officii poterimus officium dignum laude inuenire quod semper ad bonum tendit debemus habere delectū. si uolumus esse prudentes cum officiū exquirimus & honesta certo consilio eligere aspernariqꝫ contraria. ℂ Sed utilitatis specie nunc docet quomodo utilitatis specie in rep. pecatur. ostenditqꝫ nil crudele esse uite qm̃ crudelitas est inimica nature. Crudelitas est atrocitas animi in exigendis penis siue inclinatio animi ad superiora. Crudelitas inquit. Sene. minime humanum malū est indignumqꝫ tam miti animo ferina ista rabies est sanguine gaudere ac uulneribus & abiecto homine in siluestre animal transire. ℂ In repu. rebus pertinentibus ad rep. ℂ Disturbatiōe euersione Romani euerterunt Corinthū duce Nummio non quia iusta erat causa euersionis sed quia id uidebatur utile & securū romano imperio propter situm urbis in faucibus Isthmi. Nostri romani qui utilitati speciē honesti pretulerunt. ℂ Durius crudelius Vñ ualerius inter exempla crudelitatis hoc refert dicens. Consimili genere emulationis instincta ciuitas Atheniensium eginensium iuuentuti pollices abscidit ut classe potens populus in certamē maritimarū uirium secū descendere nequiret. ℂ Sciuerunt iudicauerunt & decreuerūt inde plebiscita: nā scire iudicare est. ℂ Syllius ait. Solē concedere nocti. ℂ Sciant imbelles. ℂ Vt eginetis incolis egine insule que est cōtra atticam & aliquando maris tenuit imperiū Bellū gessere athenienses cū eginetis (autore Tucydide) tandē se dediderunt deiectis muris traditis nauibus imposito in posterum tributo. Pollices ob hoc ne possent uti remis quod crudele fuit neqꝫ honestum esse potuit: sed romanis uidebatur utile Corinthū caput Archaie funditus delere propter locū ad res nouas idoneū & atheniensibus uidebatur utile eginetis pollices precidere quoniā egina propinqua erat Pyreo portui Athenarum hermione in pelopōneso piscatorū statio erat a qua sinus herminiocus dictus in quo est egina insula. Pyreus est portus athenarum. Plinius ait ab Isthmo quinquagintaduo milia passuū. Pyreus & phalera portus duorum milium passuū muro recedentibus athenis iuncti. ℂ Propinquitatem quoniā egina distat a pyreo duodecim milibus passuum ante uocata enone. Nomen accepit ab egina (ut inquit Dio.) filia Asopi rapta a Ioue ex philunte urbe pelopōnesi ad nemeam siluam peperitqꝫ ex Ioue. Ea qui in egina regnauit pater pelei Thelamonis & phoci. ℂ Quam naturam debemus sequi ducem ad officium inueniendum. omne enim quod est contra naturam contra officium: & malum agere non est naturale: sed contra naturam. Exterminant expellunt & faciebant Lacedemonii (autore Thucydide) qui non permittebant ut peregrini eorum urbe incolerent: quod erat inhumanum: & ab homine (qui est natura ciuilis & congregabilis) alienum. Adde etiam quod erat Lacedemonii filios filiasue aliqua corporis parte debiles & monstruosos. exponebant quasi spartatio indignos stemmate: & Lacedemonis patentibus fortissimis uiris. ℂ Crassus & Sceuola horum consulum legem damnauit Pedianus Asconius dicens. Legem Liciniam & Mutiam de ciuibus regundis uideo constare inter omnis: quam duo consules omnium quos uidimus: sapientissimi tulissent: non modo inutilem sed perniciosam reipubli. fuisse. Hanc legem de regendis in sua

Amicorū paria ꝗttuor.

Addict9 Addico Addicti.

Vas.

Iudicio sisti crudelitas. Romāi euertere corinthum: Atheniēsium in egenienses. Iniuria. Scire. Egina. Hermiono Phalera.

Malum agere est cōtra naturam. Lex licinia.

ciuitate sociis in consulatu eorū tulerunt cū summa cupiditate ciuitatis rome itali tenerentur: & ob id magna pars eoꝝ pro ciuibus romanis se gererēt. Necessaria lex uisa est ut in sue quisq; ciuitatis ius redigeretur. Verū ea lege ita alienati sunt animi principum italorum: ut ea uel maxima causa belli italici: quod post triēnium exortum est fuerit. ¶ Illa preclara eandem rem prosequitur dicens. Illa supple sunt preclara supple facta in quibus species publice utilitatis idest pertinentis ad uniuersam rempublicam contēnitur pre honestate nostra: idest romana respubli. est plena exemplorum supple talium: cum alias idest alio tempore sepe idest cū ita sit ꝙ sepe alias tum maxime idest tum potissimum uerum est ꝙ secundo bello punico idest contra penos & potissimum contra Carthaginenses gesto que respub. calamitate idest clare ciuium per modum calamorum a grandine prostratorum in cannēsi idest que fiebat apud cannas accepta idest postq̄ cannēsem calamitatem acceperat: habuit maiores animos unq̄ rebus secundis. i. prosperis nulla: significatio timoris fuit supple in eo nulla mentio pacis: tanta uis idest potentia est honesti. ut obscuret speciē utilitatis Athenienses cum nullo modo possent sustinere impetum persarum quas xerxes instruxerat: & statuerent ut conscēderent naues & hoc urbe: scilicet Athenis relicta & coniugibus & liberis eorum depositis: idest sub fide in custodiā datis. Trezene in ea ciuitate peloponnesi ipsi obruerunt lapidibus. Circilium quendam suadētem ut manerent in urbe & reciperent xerxem principem inimicorum. Atq; uel potius: atqui: idest sed tamen ille uidebatur sequi utilitatem: sed ea nulla erat honestate repugnante: idest quia hōestas repugnabat themistocles dux atheniēsium post uictoriam eius belli quod fuit cum persis dixit in concione se habere consilium salutare reipu. sed non esse opus id sciri postulauit ut populus daret aliquem qui cum: idest cum quo cōmunicaret supple cousilium Aristides uir ille sapiens est datus ille scilicet themistocles dixit supple huic: idest aristidi classem lacedemoniorum que esset subducta ad gytheū illud nauale lacedemoniorum posse incendi clam quo facto necesse esset opes lacedemoniorum frangi. Quod audiuisset aristides uenit in concionem magna expectatione supple populi dixitq; consiliū quod themistocles affert esse perutile: sed minime honestum itaq; idest & ita athenienses putauerunt id ne utile quidem ꝙ si esset honestum: & repudiauerūt totam illam rem quā rem audiuerant quidem aristide authore idest repudiationem approbare. Melius supple fecerūt hi q̄ nos qui habemus piratas: deuictos scilicet a Pompeio & in colonias diuisos immunes idest liberos ab omni onere & socios uectigales idest petentes uectigalia quasi tributarios. Maneat ergo id certum sit & firmum id quod turpe sit nūq̄ esse utile: nec tunc quidem. idest non etiam tunc cum tu adipiscare idest adipiscaris id quod putes esse utile. Enim pro quia calamitosum est putare hoc ipsum esse utile: quod turpe sit.

ASCE.

¶ Illa preclara. in q̄bus publice utilitatis species pre honestate contēnitur. Plena exēploꝝ est nostra respu. cū sepe alias tum maxime bello punico scdo: que cannēsi calamitate accepta maiores amicos habuit q̄ unq̄ rebus scdis. Nulla timoris significatio. nulla mētio pacis tanta uis est honesti. ut speciem utilitatis obscuret. Athenienses cū persaꝝ impetum nullo modo possent sustinere statuerentq; ut urbe relicta coniugibus & liberis trezene positis naues conscenderent: libertatēq; grecie classe defenderent Cyrsiliū quēdam suadentē in urbe manerent xerxēq; reciperent lapidibus obruerunt atq; ille sequi utilitatem uidebatur. Sed ea nulla erat repugnante honestate. Themistocles post uictoriam eius belli quod cū persis fuit. dixit in concione se habere consilium reipublice salutare: sed id sciri opus non esse postulauit ut aliquē populus daret qui cum cōicaret. Datus est aristides huic ille classem lacedemoniorum que subducta est ad gytheū clam incendi posse. quo facto frangi lacedemoniorum opes necesse esset. Quod aristides cū audiuisset. in concionem magna expectatione uenit dixitq; perutile esse cōsilium: quod Themistocles afferret: sed minime honestū. Itaq; athenienses q̄d honestum non esset. id ne utile quidem putauerunt. totāq; eam rem quā ne audiuerant quidē autore Aristide repudiauerunt. Melius hi quā nos. q piratas imunes. socios uectigales habemus maneat ergo quod turpe sit id nunq̄ esse utile: ne tum q̄d est cū id quod utile esse putes adipiscare. Hoc enim ipsum utile putare quod turpe sit calamitosum est.

ERAS. Cannē uicus. Apulie ubi. Paulus emilius cum innumerabili ciuium & sociorū romanorū multitudine ius.

ERAS. Gytheū nobile nauale lacedemoniorum.

¶ Argumentum Erasmicum.

¶ In cōtractibus cōibus que formula honesti & utilis. Fingit autem speciem quēdam iure comicorum more: deq; ea duos stoicos diuersa sentientes: quorum alter ad Stoicam rationem omnia refert alter ex hominum consuetudine & iure ciuili moderatur.

¶ Sed incidunt sepe cause ut dixi supra cum idest in quibus utilitas uideatur pugnare honestati ut sit animaduertendum idest considerare oporteat: ne idest an supple illud utile repugnet plane cum honestate an possit coniungi cum honestate. Eius idest eiusmodi generis sunt he questiones si exempli gratia uir bonus profectus ab Alexandria rhodum aduexerit magnum numerum frumenti inopia rhodiorum & fame & summa charitate annone si idem sciat complures mercatores soluisse scilicet naues ab Alexandria & uiderit

SEd incidunt (ut supra dixi) sepe cause cū repugnare utilitas hōestati uideat̄ ut aīaduertēdū sit repugnet ne plane an possit cū hōestate cōiūgi. Eius gn̄is he sunt q̄stiones. Si (exēpli gr̄a) uir bo-

naues onustas frumento petentes rhodum in
cursu.i.in nauigatione ne.i.an sit dicturus rho
diis id scilicet complures naues aduentare:an
uenditurus est supple suum frumentum q̄plu
timum.i.ualde care.nos fingimus.i.presuppo

ERAS. Soluisse neutraliter.i.nauigasse.

nimus eum uirum sapiētem & bonum & que
timus de deliberatione & consultatione eius
qui non sit celaturus rhodios si iudicet id tur
pe sed dubitent an sit non turpe. Aliud solet ui
deri in his causis diogeni Babylonio stoico
magno & graui : aliud solet uideri Antipatro
discipulo eius homini acutissimo Antipatro
supple uidentur omnia patefacienda : ut ne
quid omnino emptor ignoret:& quod uendi
tor norit.i.nouerit Diogeni supple uidetur uē
ditorem:oportere dicere uitia eatenus supple
quatenus constitutum sit a iure ciuili & agere
cetera sine insidiis & quoniam uendat supple
dicere uelle uendere q̄ optime.i.clarissime di
cendo scilicet aduexi supple has merces ex alie
nis oris : exposui supple precium earum ego
titur. ℭ Ferie piscatorũ.i.festus dies in quo piscatoribus nõ liceret piscari. Ferie dicte sunt a feriẽdis uictimis & signi ficabant apud antiquos dies festos in quibus homines erant feriati.i.nihil agebant. Erant ferie publice & priuate. publicarũ quattuor erant genere (autore Macrobio) aut enim statiue erant cõceptiue: aut imperatiue: aut nundine. Statiue uniuersi populi cõmunes certis & constitutis diebus ac mensibus & in factis statis obseruationibus anno tare. Conceptiue que qnotãnis a magistratibus uel sacerdotibus cõcipiuntur in dies certos: uel etiã incertos. Impe ratiue. quos cõsules & pretores pro arbitrio potestatis incidunt. Nundine erant paganorũ.i.rusticorũ qui cõuenie bant negociis propriis uel mercibus prouideri. & ideo scribit Plinius. Rustice in tribus urbẽ nundinis reuisitabant: & ob id comitia nundinis haberi nõ licebat ne plebs rustica aduocaretur. Rutilius scribit romanos instituisse nun dinas. ut octo quidẽ diebus in agris rustici opus facerent. Nono autẽ die intermissio rure ad mercatum legesq; acci pientes Romã uenirent. ℭ Vnde etiã mors tractus uel leges trinũdino die promulgarentur. Erant etiã ferie pecu liares familiarũ. Erant preterea singulorũ ut natales. Erant etiã funerum quas appellabãt deniciales in quibus ho mines mortui causa in familia purgabant̃: & claudebantur nono die habebantq; uo ti instaurationẽ quo die in ho norem clari uiri defuncti ludos funebres celebrabant. Ideo Vergilius descripturus ludos funebres celebratos ab Enea in honorẽ patris canit in quinto Nona dies aderat. Et Papinius in Thebaide de ludis in honorẽ Archemori Roscidatã nonies celo dimiserat astra lucifer: & sic uterq; poeta instaurationẽ exequiarũ in nono die itellexit. Spon salia uero septimo die instaurationẽ uoti habebant. Quedã licebat agere feriis publicis: que feriis familie utebant̃. Ideo scribit Cato in libello de re rustica. Mullis: equis: asinis: ferie nulle sunt nisi in familia. Nos inquit Columella lib.ii. apud pontifices legimus. Feriis tantũ denicialibus mulos iungere nõ licere ceteris licere. Sciens igit̃ Cannius nõ esse ferias publicas: cũ non uideret piscatores: quesiuit an essent alique ferie piscatorũ. ℭ Stomachari stomacha batur: & indignabatur qđ Pythius sibi imposuisset. Sed nõ poterat contra ipsum agere: qm̃ Aquilius non protulerat exceptiones de dolo malo: quibus succurritur illis qui aliorũ calliditate decipiuntur. Et tunc competit actio de dolo malo cũ aliud remediũ nõ inuenitur: ut lib.iii. digestoꝝ de dolo malo: ubi pretor pollicetur iudiciũ de his que dolo malo facte esse dicentur. Seruius iure consultus ita finit dolũ malũ machinationẽ quãdã alterius decipiendi causa: cũ aliud simulatur & aliud agitur. Labeo ita finit. Dolum malũ esse omnẽ calliditatẽ: fallaciã: machinationẽ ad cir cunueniendũ: fallendũ: decipiendũ: aliũ exhibitũ. ℭ Adiecit pretor (inquit Vlpianus) dolũ malũ: qm̃ ueteres ẽt bonũ dolũ dicebant: & pro solertia hoc nomen accipiebant maxime si aduersus hostẽ latronẽ de quis machinetur. Non poterat igitur subueniri Cannio decepto qm̃ nondum constitute erant formule.i. regule & actiones de dolo malo. ℭ Acquilinus eques romanus fuit clarus scientia iuris ciuilis cũ esset pretor & collegã Ciceronẽ haberet formulas de dolo malo cõposuit. Cice. pretor fuit. M. Lepido & L. Volcatio consul. Familiaris. amicus. Luculente aperte & cla re qm̃ sciebat difinire. Ergo inquit quicqđ dolo malo sit nõ potest esse utile: quia nõ est honestum datur ẽt a pretore actio de dolo malo. Vnde dicit Vlpianus ꝙ uenditor. ut cõmodet dicit sic habendũ est: quasi neq; dictum: neq; pro missum sit. Si uero decipiendi emptorẽ cã dictũ est: eque sit habendũ est ut non nascetur aduersus dictũ promissum ne actio: sed de dolo actio detur: sed hanc actionẽ non habebat: tunc Cannius aduersus Pythiũ dolosum: quoniã nondũ facta erat expressa mentio de dolo malo & formule cõstitute a iure consultis. tamen leges hanc fraudẽ pro hibebant. licet non exprimerẽt hoc nomen doli mali. Nã lege.xii. tabu. inuentũ est remediũ tutelarũ: ne pupillus sine tutore obligari possit ne dolo malo circũueniatur. ut. ff. de tutelis. & etiã coguntur tutores reddere rationẽ tutele ne dolo malo aliqđ fecerint ꝙ pupillo obsit ex eadẽ lege.xii. tabu. inquit Iustinia. libertorum & libertarũ tutela ad pa tronos ptinet. ℭ Circũscriptio adolescentiũ quia minor.xxv. annis lesus in aliquo cõtractu potest petere restitutionẽ in integrũ: quia tali etati iura subueniunt ne dolo decipiatur ut habetur.l.i. & l. ait pretor. ff. de minoribus. Latorius primus hanc legẽ tulit qua dolus malus primis uindicabatur: licet nõ exprimeretur dolus malus. Ait pretor: ꝙ cum minore.xxv. annis gestum esse dicetur: gestus sic accepimus qualitercũq; siue sit contractus siue quid aliud cõtingat proinde si emit aliquid siue uendidit si societatẽ iniuit si mutuã pecuniã accepit & captus est ei succurretur. Vlpia nus ait. Hoc editũ pretor naturalem equitatẽ secutus proposuit: quo tutelam minorũ suscepit. Nam cũ inter omnis constet fragile esse & infirmũ huiusmodi etatis consiliũ & multis captionibus suppositũ multorũq; insidiis exposi tum auxiliũ eis pretor hoc edicto pollicitus est: & aduersus captiones opitulationẽ. Dicit pretor ꝙ gestũ esse dicetur cũ adolescentibus: utiq; que res erit animaduertant: & ideo inquit Vlpia. hodie usq; in hanc etatẽ adolescentes cu ratorũ auxilio reguntur: nec ante rei sue administratio eis cõmitti debebit q̃uis bene rem suam gerẽtibus. ℭ Et sine lege omittamus leges inquit Cicero quibus dolus malus uindicatur etiã ipsa iudicia: in quibus non queretur quid sit agendum & conueniat ex prescriptio legum & ratione sed ex bona fide excludunt hunc dolũ quo non habet lo cum ubi ex bona fide agitur contractus alii bonefidei dicuntur: alii stricti iuris. Vnde si dolus interuenit in contra ctus bonefidei ipso iure nullus est contractus: & sic non est necesse abrogari per sententiã. Si uero interuenit in cõ tractibus stricti iuris poterit se tueri reus doli exceptione. ut habet̃ in.l. si quis. ff. de uerbo. obli. Et dubitatur an actio rei uxorie numeranda esset intra actiones bona fidei: an stricti iuris & constitutum tandẽ fuit: ut contineretur inter actiones bone fidei. ut institu. de actio. & l.i. C. de rei uxori. actione. ℭ Excellunt sunt in usu & laudantur: qm̃ eo spe ctant ut excludatur dolus. Nam cum iudicatur inter uirum & uxorẽ suspitio est uxorẽ a uiro circũscribi dolo & ideo dicebatur ut iudex animaduerteret quid esset melius quid equius. In fiducia cum aliquid agitur in quo interuenit sola utriusq; partis fiducia: & ideo dicebatur bene agi inter bonos.i. sine dolo. Bonus quippe uir non decipit. & sic fiducia non uiolatur & sic apparet dolum malum fuisse uendicatum: non solum legibus sed etiã iudiciis ex fide bona priusquã aquilius protulisset dolo malo formulas. non potest (inquit Cice.) esse fraus ubi i est equitas & cũ be ne agitur inter bonos non potest esse dolus qui consistit in simulatione: & ideo in contractibus omne mendacium tollendũ est & omnis simulatio dissimulatioq; sed bona fide agendũ. ℭ Licitatorẽ augentem precium. ut emptor de cipiatur quod fit tẽporibus nostris. Licitari & liceri est aliqđ emere augendo preciũ. Inde licitatio & licitatores qui preciũ augent: inde auctio dicta. Venditor aliquando licitatorẽ inducit ut preciũ augeat: & prouocet alios auctione quod est contra iusticiam: & ad maliciã pertinet & emptor non debet aliquẽ opponere. ℭ Qui contra liceatur.i. qui

Ferie. Publice. Priuate. Statiue. Conceptiue. Imperatiue. Nũdine peculiares. Denicia les. Sponsa lia. Actio de dolo malo. Dolus malus. Bonus dolus. C. Aquilius Luculente. Lex.xii. tabularũ. Latori9 de dolo malo legẽ tulit. Lex in fauorem adolescentũ. Pretor. Contractus bonefidei. Contractus stricti iuris. Licitari. Liceri. Licitatio Licitatores. Vera sapientia.

minus preciũ polliceatur: ad hoc ut uenditor sit captus nec uendet tanti quanti res ualet: cũ uideat precium ab aliis non augeri: sed potius imminui. ℭ Liceatur certe de precio: & minus polliceatur in fraudẽ uẽditori. & ideo inquit Cice. non faciat preciũ rei nisi semel emptor. s. & uenditor. ℭ Ad eloquendũ ad exprimendũ preciũ. Non eloquatur nõ imponat preciũ nisi semel: ne fiat fraus per licitationẽ: & affert exẽplũ Sceuole qui ut boni uiri officio fungeret: plus estimauit fundũ ꝙ̃ uenditor estimasset. ℭ Itaq; auxit pciũ: hoc fuit officiũ boni uiri & nemo negat (inqt Cice.) sed dicitur ipsum nõ fuisse sapientẽ qm̃ potuisset minoris emere quod Cicero negat. Vera. n. sapientia & prudentia semper cũ honestate coniungit non fuisset igitur appellandus prudẽs Sceuola: sed maliciosus & callidus: si aliter fecisset: & affert sententiã. Ennii quã dicit esse uerã sed non eo modo quo imperitia multitudo putat. Non. n. potest aliquis prodesse sibi nisi cũ uirtute: nõ nihil sit utile: qđ uacet honestate. Frustra igitur is sapit qui sibi nescit prodesse. i. ea que facit quibus nomen boni uiri amittit & uere sapiẽtis conscientiaq; offendit suã & sic plus amittit ꝙ̃ lucretur uirtutẽ. s. que nullo alio emolumento potest cõpensari. Vnde attalus stoicus dicebat. Malicia ipsa maximã partem ueneni sui bibit: illud autẽ uenenum qđ serpentes in alienã perniciẽ proferunt sine sua continent non huic simile hoc habentibus pessimũ est. & Seneca dicit. Innocentẽ quisq; se dicit respiciens testes nõ conscientiã. Ennius autem aliter putabat: qm̃ non sequebatur hanc sanctitatẽ stoicorũ & conscientie integritatẽ. & ideo dicit Cicero uere id quidem si Ennius considerasset: ut ego qđ si prodesse qm̃ sibi nocet: non prodest qui alios decipit: & maliciosus dicitur non prudens. Malicia. n. cum uicio coniungitur: & sic illa sentẽtia duplicẽ sensum habere potest apud illos qui de his rebus diuersa sentiunt: ut fuit superior disputatio inter Diogenẽ & Antipatrum: inde sententiã Hecatonis stoici sanctitati minime consentaneã taxat qui censet sapiẽtis esse omnia facere que legẽ non prohibẽt ad rem domesticã augendã cum multa sint non prohibita legibus & institutis que si fiant sunt cõtra officiũ: & id quod bonum uirum decet qui e natura uiuens nõ leges respicit tantũ sed ius nature & conscientiã. Sceuola potuisset emere fundũ quãti uendebatur: & leges non cogebant augere preciũ: sed officiũ boni uiri qui cõmuni utilitati consulere debet nũmos addere uenditoris estimatio ibi suasit. Sequebat̃ igitur. Hecato id qđ Diogenes. & ideo non poterat illi placere factũ Sceuole qui putat non esse boni uiri rem domesticã augere conscientia repugnante. ℭ Hecatonẽ qui fuit stoice professionis: sed nõ est secutus illam sanctitatẽ ueterum stoicorũ. ℭ Ordo est. Video Hecatonẽ differentẽ in libris quos scripsit. ℭ Qu. Tuberoni esse sapiẽtis. pertinere ad prudentẽ uirum nihil facere cõtra leges & instituta augereq; rem domesticã quacũq; ratione quã leges & instituta ciuitatũ non prohibẽt. ℭ Neq; enim hoc erat ratio Hecatonis: qm̃ oportet cõparare diuitias. ut consulamus illis quibus tenemur ex officio: & potissimũ reipub. que omniũ charitates complectitur. ℭ Huic Hecatoni. s. non potest placere id quod fecit Sceuola qui noluit augere rem domesticã: ꝙ̃uis potuisset saluis legibus & institutis. Etenim omnino ratio quare non potest facere id factũ Hecatoni qui negabat se facturum aliquid sue utilitatis causa quod non liceret per leges & instituta ciuitatis. Sceuole aũt licebat emere quãti uendebatur: sed noluit ut boni uiri officio fungeretur qui non facit aliquid aut uitat propter leges sed propter uirtutem & naturam quam ducem sequitur ab omni turpitudine ac dolo abhorrentem. ℭ Compendii utilitatis. ℭ Et tranquillus scribit Claudium inchoasse emissarium fucini lacus magis spe glorie ꝙ̃ compendii. ℭ Huic Hecatoni qui ita censuit discedens prisca stoicorum integritate non est laudandus (inquit) nec gratiam meretur.

Attalus stoicus. Venenũ Malicia cũ uicio cõiũgit. Bonus uir conscĩetiam respicit. Sãctitas ueterum stoicorũ. Diuitie superande.

ℭ Sed siue & simulatio & dissimulatio dolus malus est per pauce res sunt quibus dolus iste malus nõ uersetur siue uir bonus est is qui prodest quibus potest. nocet nemini Recte iustũ uirũ bonum non facile referiemus. Nũꝙ̃ igitur est utile peccare qa semper est turpe: & quia semper est honestũ uirũ bonũ esse. semper utile. Ac de iure qđẽ pdiorꝝ sancitũ est apud nos iure ciuili. ut in his uendendis uitia ẽt dicerentur que nota essent uẽditori. Nã cũ ex duodecim tabulis satis esset ea prestari que essent lingua nuncupata: que qui infitiatus esset duplicẽ penã subiret a iureconsultis. ẽt reticentie penã est cõstituta. qcqđ est oĩ predio uitii id statuerunt si uẽditor sciret nisi nominatim dictũ eẽt pstari oportere. ut cũ in arce augurũ augures acturi eẽnt. iussissentq; Titũ Claudiũ centimalũ qui edes in celio monte habebat demoliri eas quarũ altitudo officeret auspiciis. Claudii proscripsit insulã uendidit. emit Publius Calphurnius Lanarius huic ab auguribus illud idẽ denũciatũ est. Itaq; calphurnius cũ demolitus esset ab auguribus demoliri iussus: arbitrum illum adegit

ASCE. ℭ Sed siue simulatio & dissimulatio est dolus malus per pauce res sunt quibus. i. in quibus iste dolus non uersetur siue uir bonus est is q prodest qbus potest & nemini nocet: nos non reperimus facile bonũ uirum iustum recte. i. ad unguẽ: uel ex omni parte. Igitur nunꝙ̃ est utile peccare: quia semp est turpe. & quia semper est honestũ uirum bonum esse semper est utile. Ac sancitum est. i. lege diffinitum de iure prediorũ apud nos in iure ciuili: ut etiam uitia dicerentur in his uendendis que. s. uitia essent nota uenditori. Nam cũ satis esset ex. xii. tab. i. secundũ leges. xii. tabu. ea prestari. i. exhiberi: que essent nuncupata: lingua. i. expressione uocabuli: que. s. nuncupata qui esset inficiatus. i. facere negasset subiret. i. cogeretur subire a iureconsultis duplicẽ penam etiã constituta est pena etiã reticentie. i. quando quis reticeret quicquid uitii est omni predio. Ipsi statuerunt: id si uenditor. s. nisi esset dictum nominatim. i. exprimendo. s. uitia etiã per nominã eorũ oportere sup. quod scitum esset: & non dictum prestari: ut cum augures essent acturi auguriũ in arce s. in capitolio. & iussissent Titum Claudiũ centimalum sic denominatũ: qui habebat edes in celio monte iuxta uidelicet arcem eas dimoliri. i. diruere: quarum. s. edium altitudo officeret. i. noceret auspitiis Claudius. s. centimalus proscripsit insulam. i. domum in urbe undiq; strata uiarum aut plateas habentẽ sicut insula

ERAS. Lingua nũcupata ueterꝝ iurispru dẽtium.

ERAS. In claudio reticentia: p dolo malo dãnata.

quicquid sibi daret facere oporteret ex fide bona. Marcus Cato sententiam dixit huius nostri catonis pater. ut enim ceteri ex patribus sic hic qui lumen progenuit ex filio est nominandus. Is igitur iudex ita pronunciauit cum in uenundando rem eam scisset & non pronunciasset emptori dānum prestari oportere. Igitur ad fidem bonam statuit pertinere notum esse emptori uitiū quod nosset uenditor. Quod si recte diiudicauit non recte frumentarius ille non recte ediū pestilentium uenditor tacuit. Sed huiusmodi reticentie iure ciuili omnes comprehendi non possunt. que autē possunt diligenter tenentur. M. Marius gratidianus propinquus noster. C. Sergio orate uēdiderat edes eas quas ab eodem ipse paucis ante annis emerat. He sergio seruiebant sed hec in mancipio Marius non dixerat adducta res in iudiciū est. Oratam Crassus Gratidianum defendebat. Antonius ius Crassus urgebat quod uitium uenditor non dixisset sciens id oportere prestari equitatem Antonius quoniā id uitium ignotum. Sergio non fuisset qui illas edes uēdidisset nihil fuisse necesse dici nec eum esse deceptum quid quod emerat qui iure esset teneret. Quorsum hec ut illud intelligas non placuisse maioribus nostris astus. Sed aliter leges alter philosophi tollūt astutia. Leges quatenus manu tenere possunt philosophi quatenus ratione & intelligētia. Ratio igitur hoc postulat ne quid insidiose ne quid simulate ne quid fallaciter. Sunt ne igitur insidie tendere plagas etiam si excitaturus non sis nec agitaturus. Ipse enim fere nullo insequente sepe incidunt. Sic tu cum edes proscribas tabulam tanquam plagas ponas domum propter uitia uendas in eū aliquis incurrat imprudens. Hoc q̄q̄ uideo propter deprauationem cōsuetudinis neq; more turpe haberi neq; aut lege sanciri aut iure ciuili tamen nature lege sancitum est. Societas est enim quod & si sepe dictum est dicendum tamen est sepius latissime quidem que pateat omnium inter omnes interior eorum qui eiusdem gentis sunt propior eorum qui eiusdem ciuitatis. Itaq; maiores aliud ius gentiū aliud ius ciuile esse uoluerunt. Quod enim ciuile non idem continuo gentiū quod autem gentium idem ciuile esse debet. Sed nos ueri iuris germaneq; iusticie solidā & expressam effigiem nullam tenemus umbra & imaginibus utimur: easipsas utinā sequeremur. Feruntur enim ex optimis nature & ueritatis exemplis. Nam quanti uerba illa.

circundatur mari inscripsit ergo uenalem domum illum quā demoliri debebat & uendidit Publius Calphurnius Lanarius emit sup. eam Illud idem. s. domū oportere demoliri denunciatum est huic. s. Calphurnio emptori ab auguribus itaq; Calphurnius cum demolitus esset & cognouisset Claudiū proscripsisse edes posteaq̄ esset iussus ab auguribus demoliri sup. eas adegit. i. attraxit & appulit illū. s. Claudium arbitrum qui sup. diceret ex fide bona. i. secundum rectam conscientiā suam quicquid oporteret dare aut sup. facere sibi. i. quicquid dandum aut faciēdum esset secundum arbitrium boni uiri Marcus Cato dixit sententiam Cato dico pater nostri Catonis. C. enim pro quia: ut. i. quēadmodum ceteri sup. sunt nominādi ex patribus sup. suis si hic. s. Cato pater nostri Catonis nominandus. i. denominādus est ex filio: qui progenuit illud lumen. i. illum splendorem quo domus Catonum fulget. Igitur is s. pater nostri Catonis iudex. s. arbitrarius constitutus pronunciauit ita cum. i. quandoquidē Claudius sup. scisset eam rem. s. q domus esset demolienda in uenundando. i. cū ea uenundaret: & nō pronunciasset. i. significasset oportere damnum prestari emptori. Igitur ipse statuit pertinere ad bonam fidem uitium quod nosset. i. nouisset uēditor esse notum emptori. Quod. i. quam rem si. M. Cato. s. recte diiudicauit frumentarius ille uidelicet Rhodius de quo supra dictum est. & uenditor edium pestilentium non recte tacuit. Sed non omnes huiusmodi reticentie. s. eorum que dici debeant: possunt comprehendi iure ciuili. he autem tenentur diligenter qui possunt supple comprehendi. M. Marius Gratidianus ꝑpinquus noster uendiderat. C. Sergio orate eas edes quas ipse emerat ab eodem paucis annis ante. he edes seruiebant idest erant subiecte & seruitutem debebant ipsi Sergio emptori & prius uenditori sed Marius non dixerat in contractu. s. uenditionis hec idest has edes in mancipio. i. seruitutem debere res est adducta in iudiciū. Crassus defendebat Oratam Antonius Gratidianum Crassus urgebat idest urgenter allegabat ius quod uenditor non dixisset uitium sciens id oportere equitatē prestari Antonius supple dicebat. quoniam id uitium nō fuisset ignotū Sergio idest emptori qui scilicet prius uendidisset illas edes nihil fuisse necesse dici: nec eum qui teneret idest recte sciret quo iure esset id quod emerat esse deceptū. Quorsum. hec idest ad quid hec addidicimus. Responsio ut tu. intelligas astus idest astutias: & preuentiones non placuisse maioribus nostris. Sed leges tollūt aliter astutias & philosophi aliter. Leges supple tollunt eatenus idest eousq; quatenus idest quousq; possunt tenere manu idest manifeste probare eos factas esse philosophi supple tollunt eas eatenus quatenus possunt tenere eas ratione & intelligentia: ratio igitur postulat hoc ne quid supple fiat insidiose: ne quid simulate: ne qd fallaciter. Igitur sunt ne insidie tendere plagas idest rhetia etiā si idest

ERAS. Seruiebant debebant seruitutem.

ERAS. Quid inter leges & philosophorū dogmata.

ERAS. Ius gentiū ius ciuile cōtinet non contra.

quãuis non ſis excitaturus ſupple feras e lu-
ſtris & latibulis ſuis nec agitaturus.i. excitatu-
rus ubi excite fuerint.q.d.ꝙ ſic. Enim pro qa.
ipſe fere ſepe incidunt in plagas.ſ.aut laqueos
nullo inſequente. Sic tu cum proſcribas edes
ponas tabulam in qua proſcribuntur tanq̃ pla
gas & uendas domum propter uitia aliquis
incurat imprudens in eã.ſ. domum uitioſam
q̃q̃ ego uideo propter deprauationem conſue
tudinis neq; hoc haberi turpe more.i.ſecundũ
morem neq; ſanciri .i. uetari aut lege aut iure
ciuili tamen ſancitum eſt lege nature. Eſt enim
ſacietas quod & ſ.i. q̃q̃ dictum eſt ſepe tamen
dicendum eſt ſepius que quidem pateat.i. ex-
tendat ſe latiſſime eſt ſup. inter oẽs homines in
terior.ſ.arctior & conſtructior (ſicut circulus in
terior.minor eſt q̃ exterior) que ſup. eſt eoꝝ qui
ſunt eiuſdẽ gentis propior.i.adhuc arcior eoꝝ
qui ſunt eiuſdem ciuilis. Itaq; .i. & ita hoc eſt
propter hanc rationem maiores.i.priſci roma
ni uoluerunt aliud eſſe ius gentium: ad aliud
ius ciuile. Quod enim ſup. eſt ius ciuile nõ eſt
continuo.ideſt ideo ius gentium.quod autem
gentium ſup. ius id debet eſſe ciuile. Sed nos
nullam.i.non ullam non tenemus ullam ſoli-
dam.i.integram & inuiolatam & expreſſam ef
figiẽ ueri iuris & germane.i. fidelis iuſticie ſed
nos utimur umbra & imaginibus ſup. ueri iu-
ris utinam ſequeremur.i.obſeruaremus ſaltem
eaſipſas.ſ.umbrã & imagines ueri iuris. Enim
pro quia ipſe feruntur .i. extrahuntur ex opti-
mis exemplis nature & ueritatis. Nam quanti
ideſt quanta eſtimatione digna ſupp. ſunt illa
uerba:uti ne.i.ut non ſim captus deceptuſue
pro uel fraudatus propter te ue pro uel fidem
tuam q̃.i.quantum aurea.i.pulchra & precioſa
ſupp. ſunt illa uerba oportet illos bonos bene
agi.& ſine fraudatione. Sed magna queſtio.i.
dubitatio eſt qui ſint boni & quicqd bene agi.
Quintus quidem Sceuola pontifex maximus
dicebat ſummam uim eſſe in omnibus his ar-
bitris in quibus ageretur ex bona fide. Et exi-
ſtimabat nomen bone fidei manare.i.diffun-
di & extendi latiſſime:& id uerſari in tutelis ſo
cietatibus fiduciis:mãdatis rebus emptis uen
ditis: conductis: locatis quibus ſocietas uite
continetur: eſſe magis iudiciis ſtatuere in his
preſertim cum iudicia eſſent in pleriſq; contra
tia quid quéq; oporteret preſtare cuiq̃. Quocir
ca tollende ſunt aſtutie: & ea malicia que qui-
dem uult ſe uideri eſſe prudentiam: ſed abeſt
& diſtat plurimum ab ea.ſ.prudẽtia. Enim pro
quia:prudentia eſt locata.i. conſtituta in dele-
ctu.i.diſcretione bonorum & malorum mali-
tia anteponit bonis mala ſi omnia que turpia
ſunt mala ſunt (quia malicia turpia ſectatur)
nec uero ius ciuile dictum a natura uendicat
(alii legunt uendicant) ſolum in his prediis ma
liciam & fraudem:ſed omnis fraus excluditur
in uenditione mancipiorum.i.ſeruorum uen
ditorum: enim pro quia is qui debuit ſcire.i.
habere cognitionem de ſanitate preſtat.i. ſatiſ
facit edito.i.ſecundum editum edilium:de fu
ga & de furtis uidelicet is qui educauit man-

ERAS. In mãcipiis.i.ſeruis aut ancillis queri ſolet an ſana an fugitiua an furacia.

Ius & iuſticia unde ferun tur.

ERAS. Notati. M.Craſſus & hortẽſi⁹.

Vtine propter te fidem ue tuam captus fraudatuſue
ſim quã illa aurea:ut inter bonos bene agi oportet & ſi
ne fraudatione. Sed qui ſint boni: & quid ſit bene agi
magna queſtio eſt. Quiquidem Sceuola pontifex ma
ximus ſummam uim eſſe dicebat in omnibus his arbi
tris in quibus ageretur ex fide bona. Fideiq; bone no-
men eſtimabat manare latiſſime. Idq; uerſari in tutelis
ſocietatibus fiduciis mandatis rebus emptis uenditis
conductis locatis quibus uite ſocietas continet᷑. In his
magis eſſe iudiciis ſtatuere preſertim cum in pleriſq;
eſſent iudicia contraria quid quéq; cuiq̃ preſtare opor
teret. Quo circa aſtutie tollẽde ſunt eaq; malicia que
uult quidem uideri ſe eſſe prudentiam ſed abeſt ab ea
diſtatq; plurimum. Prudentia eſt enim locata in dele-
ctu bonorum & malorum malicia ſi omnia que turpia
ſunt mala ſunt:mala bonis anteponit nec uero in pre-
diis ſolum ius ciuile dictum a natura maliciam frau-
demq; uendicat:ſed in mancipiorum uenditione uen-
ditorum fraus omnis excluditur. Quid enim ſcire de
buit de ſanitate de fuga de furtis preſtat edicto edili-
um. Heredum eſt cauſa. Ex quo intelligitur quoniam
iuris natura fons ſit hoc ſecundum naturam eſſe nemi
nem id agere ut ex alterius probetur inſcitia. nec ulla
pernicies uite maior inueniri poteſt. q̃ in malicia ſi-
mulatio intelligentie ex quo illa innumerabilia naſcũ
tur ut utilia cum honeſtis pugnare uideantur Quo-
tus enim quiſq; reperiretur qui impunitate & igno-
ratione omnium propoſita abſtinere poſſit iniuria pe-
riclitemur ſi placet in his quidem exemplis in qui-
bus peccare uulgus hominum fortaſſe non putat.
Neq; .n. de ſiccariis ueneficiis teſtamentariis furibus
ſpeculatoribus hoc loco diſſerendum eſt: qui non uer-
bis ſunt & diſputatione philoſophorum ſed uinculis
& carcere fatigandi. Sed hec conſideremus que faciũt
hi qui habentur boni Lucii Minutii Baſilii locupletis
hominis falſum teſtamentum quidam e grecia Romã
attulerunt. Quod quo facilius obtinerent ſcripſerunt
heredes ſecum Marcum Craſſum & Quintum Hor
tenſium homines eiuſdem ciuitatis potẽtiſſimos: qui
cum illud falſum ſuſpicarentur: ſibi aũt nullius eſſent
concii culpe alieni facinoris munuſculum non repudia
uerunt. Quid ergo? Satin hoc eſt ut non deliquiſſe ui
deantur mihi quidem nõ uidetur: quãq̃ alterum ama
ui uiuum alterum nõ odi mortuum. Sed cum Baſilius
M.Satyrium ſororis filium nomen ſuũ ferre uoluiſſet

eũq; fecisset heredem hunc dico patronum agri piceni & sabini. Ob turpem notam temporum non erat equum principes ciuis rem habere ad Satyrium nihil preter nomen peruenire. Etenim si is qui non defendit iniuriam neq; propulsata suis cum potest iniuste facit (ut in primo lib. disserui) qualis habendus est is qui non modo non repellit sed ẽt adiuuat iniuriam: Mihi quidem etiã uere hereditates non honeste uidentur si sint maliciosis blandiciis officiorum non ueritate: sed simulatiõe acquisite. At qui in talibus rebus aliud utile interdum: aliud honestum uideri solet falso. Nam eadem utilitas que honestatis est regula qui hoc non preuiderit: ab hoc nulla fraus aberit nullum facinus. Sic enim cogitans est illud quidẽ honestum uerũ hoc expedit res a natura copulatas audebit errore diuellere: qui fons est fraudũ maleficiorũ scelerum oĩum. Ita si uir bonus habeat hanc uim: ut sic digitis concrepuerit. possit in locupletum testamento nomen eius irripere. ac ui non utatur nec si exploratum quidem habeat: id omnino neminem unq̃ suspicaturũ At si dares hanc uim. M. Crasso ut digitorum percussione heres posset perscriptus esse qui reuera non essent heres in foro mihi crede saltaret. Homo autem iustus & is quem sentimus uirum bonum nihil cuiq; quod in se transferat detrahet hoc qui admiratur is se qui sit uir bonus nescire fatetur. At uero si quis uouerit animi sui complicatam notionem euoluere. iam seipse docebit eum uirũ bonũ esse. qui prosit quibus possit noceat nemini si lacessitus iniuria. Quid ergo: hic non nocet qui quodam quasi ueneno perficiat ut ueros heredes moueat. in eorum locum ipse succedat. Non ergo faciat dixeris quis quod utile sit: quodq; expediat. immo intelligat. nihil nec expedire. nec utile esse quod sit iniustũ. hoc qui non didicerit bonus uir esse non poterit.

cipia alia est causa heredum. qui non tenentur prestare. Ex quo intelligitur quoniã natura sit fons iuris & hoc esse secundũ naturam. s. neminem agere: ut predetur. i. predam habeat ex inscitia alterius nec põt inueniri ulla maior pernicies uite: q̃ si mutatio intelligentie in malicia ex quo. i. ex qua re: nascuntur illa innumerabilia sup. exempla. ut. i. quibus utilia uideantur pugnare cum honestis quotus enim quisq; reperitur quasi dicat rarissimus: qui possit abstinere iniuria se tenere ne faciat iniuriam proposita impunitie & ignoratiõe omniũ. i. certo scire omnes ignoraturos & neminem punituru. Neq; enim disserendum est hoc loco de siccariis. i. qui sicca. i. pugione & mucrone grassantur de ueneficiis, i. qui ueneno inficiuntur de testamentariis. i. qui testamenta indebiti auferunt de furibus. s. rerum priuatarm: & de peculatoribus. s. rerum publicarum: qui. s. malefici non sunt fatigandi uerbis & disputatione philosophorũ: sed uinculis & carcere. Sed consideremus hoc loco hec que hi qui habentur. i. reputantur boni uiri faciunt quidã attulerunt e grecia Romam falsum. i. a se excogitatum a falso signatum testimonium Lucii Minutii Basilii hominis locupletis: quod sup. testamentũ quo facilius obtinerent: scripserunt secum heredes Marcum Crassum: & Quintum hortensium homines potẽtissimos eiusdem ciuitatis s. Rome: qui cũ suspicarentur illud. s. testamentum falsum esse autẽ pro sed: nullius quippe conscii sibi essent non repudiauerint munusculum. i. participium alieni facinoris. i. turpis facti. Quid ergo satin. i. satis ne est hoc ut non uideantur deliquisse. Quidem. i. certe non uidetur mihi sup. satis esse: q̃q̃ ego amaui uiuum alterum. s. Marcum Crassum: & non odi alterũ s. Hortensium mortuum. i. postq̃ mortuus est. Sed cũ Basilius ille diues sit in grecia moriens uoluisset ferre. i. pronunciare & instituere. M. Satyrium filium sororis suum nomen. i. ex solido esse heredem: ita q͏ in omnibus eius personam ageret: & fecisset eum heredem: hũc dico patronum. i. possessionem & domum agri piceni sabini ob turpem notam temporum. i. locorum. Non erat equum. i. iustum: principes. i. primates ciuitatis habere rem idest opes ciuis & nihil peruenire ad Satyrium preter nomen. Etenim si is qui non defendit neq; propulsat iniuriam a suis: cum potest facit iniuste ut ego disserui in primo libro scilicet huius operis: qualis habendus idest reputandus est is qui non modo non propellit: sed etiam adiuuat iniuriam. Quidem idest certe etiam uere hereditates uidentur mihi non moleste si sint acquisite maliciosis blanditiis & non ueritate: sed simulatione officiorum. At qui idest sed certe: in talibus rebus solet uideri falso interdum aliud utile: aliud honestum. Nam eadem est utilitas que est regula honestatis qui non preuiderit hoc nulla fraus: & nullum facinus aberit ab hoc idest a tali. Est enim cogitans sic. Istud quidẽ est honestum uerũ. i. sed hoc expedit. i. hoc casu mihi utile est & audebit diuellere errore. i. per errorẽ res copulatas a natura qui fons est. i. que diuisio. i. separatio est fons & origo omniũ fraudum maleficiorum & scelerum. Itaq; si uir bonus habeat hanc uim. i. potestatẽ ut si concrepuerit. i. crepitum & sonitũ fecerit digitis possit in testamento locupletum irripere nomen eius: non utantur. i. nolit tamen uti hac ui. i. potentia nec si. i. non etiã q̃uis habeat quidẽ exploratum. i. omnino perspectum omnino neminem suspicaturum unq̃ id. At si dares. M. Crasso hanc uim ut posset prescriptus esse heres qui re uera non esset percussione digitorũ (crede mihi) ipse saltaret. i. exultaret & gestiret pre gaudio in foro. Homo autẽ iustus & is sup. uir bonus quẽ bonum uirum sentimus nihil detraheret cuiq̃ quod transferat in se. Is qui admiratur hoc. i. q͏ uir bonus faciat. fatetur se nescire quis sit uir bonus. At uero si quis uoluerit euoluere notionem. i. cognitionẽ animi sui. i. conscientie sue complicatã. i. inuolutam affectionibus uariis. Iam ipse docebit eum esse bonũ uirum qui prosit quibus possit: & noceat nemini nisi lacessitus in-

In quo locata ẽ prudentia.

ERAS. Hereditates petere turpes.

MARS. Boni p / pauci ſunt. Vir bo / nus.

Sanctiones priſcorũ de cõtractibus. Sancitũ.

Augurũ ſedes. Sacra uia. Curia uetus. Inſula in urbe. Verba iure conſultorũ: Facerẽ o / portere. Actio. Aſconi⁹ Pedian⁹ Prediorꝝ urbanorum ſer / uitutes. Seruitu / tes p̃diorum ru / ſticorũ. Predia. Nota de Mario. Leges apparẽ / tiã phi / loſophi cõſcien / tiam ſe / ctantur. Inſidie. Plage. Fere. Tabula.

Ius ciuile. Ius gentium.

ſutia(hoc illis uiſum.perfectio autẽ euangelica progredit᷑.)Quid ergo ſup.dicemus:nocet ne hic qui p̃ficiat quaſi quodam ueneno.ſ.blanditiarum:ut moueat.i.ſubmoueat a teſtamento ueros heredes:& qui ſuccedat in locũ eorꝝ: quis.i.aliquis dixerit.i.dicere poſſit.Et ergo ſup.talis nõ faciat quod ſit utile:& qđ expediat(immo dicit Cice.)intelligat nihil nec expedire:nec utile eſſe qđ ſit iniuſtũ qui non dixerit hoc:non poterit eſſe bonus uir. ℭ Sed ſine dolus malus inquit ſiue cõſiſtat in ſimulatione:cũ.ſ.ſimulamus ea que non ſunt ſiue in diſſimulatione:cum reticemus ea que dicẽda eſſent ut aliqs decipiat᷑.Pauca ſunt in quibus non uerſetur ipſe dolus:& ideo boni per pauci ſunt:quoniã is bonus eſt qui nemini nocet:prodeſt quibus poteſt.Si uolumus inqt uere iudicare pauci ſunt qui hoc dolo nõ teneant᷑ ſi dolus ut finit Aquilinus in ſimulatione conſiſtit & ſi is eſt dicẽdus uir bonus qui nemini nocet.Sed quo difficilius:hoc preclarius.Nihil.n.prohibet aliquẽ eſſe bonũ ſi eſſe uoluerit.Dolus malus inquit Vlpia.fit ex calliditate & fallacia.& ut ait Pegius dolo malo pactũ fit quotiens circũſcribẽdi alicuius cauſa aliud agit᷑ & aliud agi ſimulat᷑.Nunq̃ agitur cõcludit Cice.peccatũ nunq̃ eſſe utile ꝑpter turpitudinẽ bonitatẽ eſſe utilẽ ꝑpter honeſtatẽ. ℭ Ac de iure quidẽ prediorũ affert ſanciones priſcorũ in rebus uendẽdis ut dolus excluderetur:ſed legũ latores poſt ea ſanxerũt:ut nõ teneretur quis de uitio potenti ẽt ſi rem ipſam laudauerit exẽpli gratia ſi domũ bene recte edificatam ſe uendere dixerit uenditor uel mancipiũ formoſum cũ deforme eſſet:ſed de occultis teneret᷑:ut ſupra dictũ eſt. hec habentur.ff.de pac.interempto & uendi.l.ea que cõmendandi. ℭ Sancitũ cõſtitutũ ſanctione firmatũ ut uẽditor aperiret uitia prediorum que ipſe ſciret leges.xii.tabu.nolebant ut ea preſtarent᷑ que uenditor dixiſſet cũ uenderet: ſed iure conſulti conſtituerunt penã ſi aliqs uenditor uitiũ aliquod reticuerit. ℭ Statuerunt iudicauerunt. ℭ Preſtari ſatiſfieri ut cũ ponit exempiũ quo oſtendit reticentiã uenditoris fuiſſe uendicatã ſententia.M.Catoñ. ℭ In arce que erat in colle tarpeio prope templũ Iouis capitolini Augures habebant ſedẽ in curia ueteri ubi augurari cõſueuerãt: & etiã in arce propter eminentiã.Poterant.n.obſeruare aues tẽplũ lituo deſignatũ.Et ideo domus Claudii in Celio monte e regione ad arcẽ nocebat auſpiciis propter altitudinẽ.Vnde Amphiaratus & Melãpus:ut canit Papinius capturi auguria montẽ conſcẽderunt:ne aliqua officeret altitudo.Et ibant augures ex curia ad arcẽ per ſacram uiã: & ideo dicit Varro.Sacra uia dicitur ꝙ per eã ab arce ad augures ſacra quot menſibus ferebatur. Erat.n.uia ſacra a curia ueteri uerſus amphiteatrũ uſqꝫ ad arcẽ capitolinã.Curia uetus erat in carinis ꝑpe edẽ ſancti Petri ad uincula. ℭ Officeret:noceret. Inſulã edes uia circũdatas.Nam inſulã in urbe dicitur domus quã uia ambit. Vnde eſt apud Tranquil.Ceſarẽ egiſſe cenſum per dominos inſularũ. ℭ Proſcripſiſſe . ſcripſiſſe edes uenales in tabula que edibus offigebatur. ℭ Arbitriũ illum adegit.i.dixit.Claudium ad arbitriũ qui arbitraretur.ſ.ex bona fide & iudicaret quicqđ oporteret ipſum Claudiũ dare facere atqꝫ preſtare ipſi Calphurnio:his utebantur iuriſcõſulti. ℭ Vnde habet᷑ in lib. digeſt.de uerb.ſigni.ꝙ facere oportere hanc ſignificationẽ habet.ut abſtineat quis ab eo facto quo contra conuentionem fieret:& Iuſtinia.lib.iiii.inſtitu.loquens de actionibus dicit.Actio eſt ius perſequẽdi in iudicio quod ſibi debetur.Actiones alique ſunt in perſonã per quas intendit ei dare facere oportere.Dare oportet(inquit)cum datio eſt in obligatione facere cũ factum cõtinetur in obligatione:ut ſi promiſiſti ſcribere quod petitur actione ex ſtipulatu. ℭ M.Marius ponit aliud exemplũ quo oſtendit reticentiã apud antiquos iudicio uindicatã . Aſconius Pedianus dicit.fuerat Gratidianus arcta neceſſitudine Cice.cõiunctus. ℭ He ſeruiebãt ſeruitutes aut perſonarũ ſunt:aut uſus & uſufructus rerũ ut ſeruitutes ruſticorũ prediorũ & urbanorũ.Prediorum urbanorꝝ.ſeruitutes ſunt he que edificiis inherent:& ut in uicis onera uicini ſuſtineãt:ut in parietẽ eius liceat uicino tignum mittere aut ſtillicidũ uel flumen recipiat quis in edes ſuas uel cloacam:ut in area:uel non recipiat.& ne altius tollat quis in edes ſuas: ne luminibus uicini officiat. ℭ Seruitutes ruſticorũ prediorum ſunt aque hauſtus:pecoris ad quã appulſus:& ius paſcendi:calcis coquẽde harene fodiende.ideo ſeruitutes prediorũ appellantur(inquit Iuſtinianus)qm̃ ſine prediis conſtitui non poſſunt.Nemo.n.poteſt ſeruitutẽ acquirere urbani uel ruſtici predii:niſi qa habet prediũ:nec quiſquã debet niſi qui predium habet.Omnia edificia urbana predia appellantur:etiã ſi in uilla edificata ſint uſufructus eſt ius alienis rebus utendi fruẽdi ſalua rerũ ſubſtantia.De his ſeruitutibus habet᷑ lib.viii.ff.& lib.ii.inſtit. Et ideo Marius uocatus fuit in iudiciũ:qm̃ reticuerat ſeruitutẽ edium quas uendiderat. ℭ Vrgebat ius inſtabat:ut ius ſeruaretur & locum haberet.Preſtari ſatiſfieri hoc nolebat ius . ℭ Quatenus inquantũ poſſunt eas tenere & uidere prohibent enim leges aſtutias apparentes.Philoſophi autẽ conſcientia nituntur:& ratione contra quas nihil agendum cenſent. ℭ Lex hic prohibet & punit:qđ in ſe continent manifeſtam fraudẽ.Si cũ bonis uiris uiuere:non eſſet opus tot legibus:que ex malis moribus orte ſunt.Ratio dictat bonis uiris nihil eſſe agendũ quod aliis noceat. ℭ Leges prohibent ne fiat:& ſi fit manuqꝫ tenere poteſt punit ergo inquit cũ philoſophi tollant aſtutias ratione:& ratio dictet nĩl eſſe agendũ inſidioſe qui uult e natura uiuere:& rationis preſcriptũ ſeruare nihil faciet quod ipſe intelliget. dolum in ſe habere:& inſidias. ℭ Sunt ne igitur.querit Cice.an ſint inſidie tendere plagas.i.rhetia q̃uis non exagitet feras is qui tendit.ut oſtendat inſidias eſſe preſcribere domum habentẽ in ſe aliquid uitii q̃uis ipſe uenditor uanitate uerborũ non alliciat emptores qui per ſe poſſunt in fraudẽ labi.ſi emerint rem quã uident uenalẽ.Plage ſunt rhetia quibus fere capiuntur in ſiluis.Vergi.Rhetia rara plage.& Pli.in epiſto.dicit.Sedebã ad rhetia. ℭ Excitaturus.clamore.ſ.& canibus ut fere impellantur ad rhetia. ℭ Fere.que ſunt in ſiluis:ut cerui:apri:& cetere id genus. ℭ Sic tu adaptat ſimilitudinẽ & oſtendit illum inſidiari qui proſcribit edes q̃uis uanitate uerborꝝ non utatur . Tabula in qua ſcribebatur aliqđ eſſe uenale:ſed q̃q̃(inquit Cice.)leges iſta non prohibent tamẽ natura uetant:que uult ut cõmuni utilitati cõſulatur: & que eſt fons iuris:qm̃ nihil poteſt eſſe iuſſum aut legitimum qđ ſit contra naturam de qua ſatis(ut arbitror)dictũ eſt in ſuperioribus & de ſocietate hominũ que late patet latiſſime. ℭ More.conſuetudine iam deprauata. ℭ Sanciri conſtitui & firmari.hoc.ſ.non eſſe agendũ:tamen lex naturalis uetat. ℭ Societas.n.ratio quare ſancitũ eſt iure naturali.Dictũ eſt in primo uolumine. ℭ Aliud ius gentiũ.differentia inter ius gentium & ciuile.Nam inſtituta ciuitatis dicuntur illius ius ciuile.ſed iura que eque apud omnis gentes cuſtodiuntur:utputa uẽditiones:emptiones:& fere omnis contractus qui non in una ciuitate tantũ ſunt:ſed apud omnis dicuntur de iuregentiũ.Si uolumus inqt Cic. naturam ſequi humanam ſocietatem complecti debemus & arbitrari iuſgentium eſſe etiam ciuile.cum mundus ſit cõmunis patria & quaſi ciuitas:cuius ſinguli homines quicũqꝫ illi ſint:ciues habendi ſunt.Sed amiſimus inquit ex-

preſſam imaginē iuſticie & ruimus in uitium nullā habentes rationē nature que hominē ad uſum hominis creauit non ad perniciē dolos & inſidias. ¶ Expreſſam apparentē & extantē. ¶ Eaſipſas umbrā & imagines habemus inqt exēpla maiorū que ſi ſequeremur nō erremus & affert uerba quibus antiqui utebant̄ e natura uiuentes & recte pie q;:utinā ſequeremur illas imagines que ducunt̄ a natura. ¶ Feruntur.n.ratio quare ualent hoīes illam ſequi umbrā & imagines qm̄ a natura ducunt̄ & ueritate. ¶ Nā quanti.& quanta eſtimatione digna laude. Cautus dolo.ſ.malo circūuentus & fraude deceptus. ¶ Ex fide bona.i.contractibus bone fidei:in qbus uir bonus cognoſcitur:& ponit nomina contractuū ſiue actionū bone fidei qbus ſi dolus malus initiū dedit ipſo iure nullus eſt cōtractus latiſſime ad omnia ſe extendere qm̄ eſt fundamentū iuſticie:uerſatur in his cōtractus quos Cice. ponit & iurecōſulti. ¶ Mandatis Vlpia.lib.xvii.ff.ait. ¶ Obligatio mandati cōſenſu contrahentiū conſiſtit.ideo per nunciū quoq; uel epiſtolam mandatū ſuſcipi poteſt. Mandatū niſi gratuitū nullū eſt:nam originē ex officio atq; amicitia trahit. Contrariū porro eſt officio merces. Interueniente.n.pecunia res ad locationē & conductionē potius reſpicit. Mandati actio tunc cōpetit cū cepit interſſe eius qui mandauit certū ſi nihil intereſt ceſſat mandati actio & eatenus cōpetit quatenus intereſt:utputa mandaui tibi ut fundum emeres ſi intererit mea emi tenebris. In his ergo mādatis opus eſt agere ex fide bona:ut id qd̄ mandatur fiat ſine fraude. Emendare autē eſt filium uel alium aliquē in aliquā regionē uel ſalutis uel educationis cauſa mittere. Vnde in oratione pro Rhoſcio Amerino dicit. Emēdatus fuerat hic a patre in agrū. Vergilius. Metri neceſſitate aſtrictus cecinit. Mādarat alendū Threitio regi. In his cōtractibus bone fidei. ¶ Statuere iudicare quid quiſq; alicui debeat ex fide bona cū ſint aliquādo iudicia oppoſita. Ergo iudex conſiderare debet:an dolus malus dederit cōtractu originē:& non tantū iura ſed fidē equitatē & boni uiri officium reſpicere:qm̄ ſummū ius aliquando ſumma eſt ideo iniuſticia. Et idē pretor proponebat exceptiones & edicta quibus ſuccurrebatur aliqua caliditate:oppreſſus:& ideo inquit. Omnis malitia tollēda eſt:de qua ſuo loco dictū eſt:& etiam de prudentia. ¶ De lectu:ut ſciat iudicare qd ſit bonum quidue malum & bonū ſequi. Malicia uero contrariū facit ſemper enim uitio adheret. ¶ Dictū an bruta qm̄ ius naturale:quod eſt primum dedit originē iuri ciuili:& tunc ius eſt optimum cū ſequitur preſcriptum nature. Ius.n.nil aliud eſt niſi moralis philoſophia que naturam ſequitur & a qua petit originem ſummi boni. Cice. inueſtigauit ſemina honeſti a natura. Omnis.n.uirtus eſt ſecundū naturā. Ius igitur ciuile naturā imitatur cū uult nemo decipiatur. ¶ Sed mancipiorū.i.ſeruorum qui ita appellentur eo q; ab hoſtibus manu capiebantur. Vlpia.ait.ut habet lib.xxi.digeſt.de edili. Dicunt ediles qui mancipia uendunt certiores faciūt emptores quid morbi uitiiq;:cuiq; ſi quí fugitiuus errore ſic noxaue ſolutus nō ſit eaq; oīa cum ea mācipia uēduntur palam ac recte pronūciatio. Cauſa huius edicti proponēdi fuit:ut occurretur fallaciis uendentiū & emptoribus ſuccurreretur quicūq; decepti uenditoribus fuerit dūmodo ſciamus uenditorē etiam ſi ignorauerit ea que edilis p̄ſtari iubet tamen teneri debere nec eſt hoc iniquū potuit enim ea nota habere uēditor nāq; enim intereſt emptoris cur fallatur an ignorantia uēditoris an calliditate. Si intelligatur uitiū morbuſq; mancipii ut plerūq; ſignis quibuſdā demonſtrari ſolent uitia poteſt dici edictū ceſſare. hoc enim intuendum eſt ne emptor decipiatur. Morbū ſic finit Sabinius. Habitū cuiuſq; corporis contra naturā qui uſum eius ad id facit deteriorē cuius cauſa natura nobis eius corporis ſanitatē dedit. Hoc edictū proponebat ediles curules:unde dicit Iuſtinia.lib.i.inſtit. Proponebant autē ediles edictū de quibuſdā cauſa quod iuris honorarii portio eſt. ¶ Sanitate an ſit ſanus integer an morboſus. ¶ De fuga: an fugitiuus & error:& an ſit fur. Fugitiuus ut definit Offilius eſt qui extra domini domū fuge cauſa quo ſe a dn̄o celaret manſit. Cecilius autē fugitiuū eſſe ait eum qui ea mēte diſcedat:ne ad dn̄m redeat:tāetſi mutato conſilio ad eū reuertat̄. nemo.n.tali peccato inquit penitētia ſua nocēs eſſe deſinit Craſſus ſcribit fugitiuū eſſe qui certo ꝓpoſito dominū relinquat. ¶ Preſtat ſatiſfacit ita iubētibus. edilibus curulibus. ¶ Heredū eſt alia cauſa qm̄ heredes non tenentur preſtare. Is.n.qui heres relinquit̄ non pōt ſcire naturam ſeruoꝝ:& ideo is tenetur qui pōt ſcire & debuit. Cū igitur (inquit Cicero) natura ſit fons & origo iuris ciuilis quo fraudes prohibēt:ſi naturam ducē ſequi uolumus:neminē decipiamus. ¶ Nec ulla maior hinc inquit naſcunt̄ mala & deceptiones cū malicioſus arbitratur ſe oīa intelligere:& putat aliqd eſſe utile qd̄ non ſit honeſtum:hoc nō putaret ipſe prudens:& is qui oīa recte intelligit & ſcit habere delectū bonoꝝ & maloꝝ. Ergo nulla eſt maior pernicies uite humane q̄ ſimulare itelligentiā:que nulla eſt ubi regnat malicia cōtraria prudētie:que honeſtū a turpitudine ſeparat:& nihil putat eſſe utile qd non ſit honeſtū:& ſic nulla repugnantia eſſe pōt inter honeſtū & utile. Et hec pars diſputationis ad prudentiā & iuſticiā pertinet. Maliciā uult imitari prudentiā:ſed ab ea diſtat plurimum. ¶ Quotus.n.quiſq; ratio quare inde hortatur talis pernicies:qm̄ inquit malicioſus nō abſtinet iniuria:ſi id potes occulte facere & impune ratio eſt:quia putat id eſſe utile quod non eſt. Prudens autem id non cōmitteret:ſed quia pauci ſunt prudentes pauci reperiuntur qui fungantur officio. Quotus quiſq;.i.quot reperiantur.q.d.pauci. ¶ Periclitemur experiamur inde periculum facere. Videamus inquit de his qui habeantur boni uiri:& inueniemus eos etiam ab officio diſceſſione. ¶ Vulgus in experta multitudo que neſcit iudicare quid ex officio fiat:quid contra officium. Neq; de ſiccariis non loquor:inquit de manifeſtis ſceleribus. ſed de his que latent in ſimulatione officii & intelligentie aperta ſcelera nō ſunt caſtiganda. cohibenda rationibus philoſophicis:ſed pena conſtituta a legibus. ¶ Lex cornelia de ſiccariis eſt que homicidas: ultore ferro perſequitur: ut eos qui hominis occidendi cauſa cum telo ambulant:ſiccarii appellantur a ſicca. ¶ Teſtamentariis. his qui falſa teſtamenta ſcripſerunt. Et etiam lex cornelia de falſis que & teſtamentaria dicitur:& penā irrogat ei qui teſtamentum uel alius inſtrumentum falſum ſcripſerit ſignificauerit:recitauerit:ſubiecerit:quiue ſignum adulterinū. fecerit:ſculpſerit:expreſſerit. ſciens dolo malo:eiuſq; legis pena in ſeruos eſt ultimum ſupplicium:quod & in lege de ſiccariis & ueneficiis ſeruatur:in liberos uero deportatio. ¶ Peculatoribus his qui rempub. furati fuerint. Lex iulia de peculatu eos punit qui pecuniam uel rempublicam uel ſacram uel religioſam furati fuerint. Sed ſi quidem ipſi iudices tempore adminiſtrationis publicam pecuniam ſubtraxerint capitali animaduerſione puniuntur non ſolum ipſi: ſed etiam hi qui miniſterium eis ad hoc exhibuerunt. uel qui ſubtractas ab his ſcienter ſuſceperunt. Alii uero qui in hāc legem inciderint:pene deportationis ſubiiciuntur. ¶ Fatigandi fatigari in hoc loco eſt cohibere ſiue comprimere: autor eſt Nonius. Habentur cum re uera non ſint boni:& ponit exemplum quod per ſe alarū eſt. Qu. Hortenſium

Expreſſam.
Contractus in ualibus.
Mādati obligatio.
Attende de mandato.
Merçes eſt cōtrariū officio mandati actio.
Emādare emandatus.
Sūmum ius ſumma iniuria.
Ius eſt moralis philoſophia.
Mancipia.
Morbi definito
Fugitiuꝰ quis ſit.
Natura fons eſt iuris ciuilis.
Malitia.
Prudentia umbra.
Pauci prudentes ſunt.
Periclitari [illegible]iculū facer.
Vulgus.
Lex cornelia de ſiccariis.
Siccariꝰ.
Teſtamētariis deportatio
Lex iulia de peculatu.
Fatigar.

150

scilicet qui fuit eloquentissimus & Cice. amicus. Nomen suum quoniam reliquerat ipsum heredem & ut uocare M. Basilius. ¶ Princeps inter primos ciuitatis Crassum scilicet Hortensium. ¶ Sic enim cogitans. ille inquit qui sic cogitat & dixit: hoc est honestum: sed hoc utile segregat res natura coniunctas: honestum scilicet ab utili & hinc emergunt omnia scelera hoc hi faciunt qui maliciam habent non prudentiam uir bonus fugit turpitudinem & iniuriam: non quia timet infamiam si fecerit. sed quia putat uitium propter se fugiendum & uirtutem propter se amandam colendamq;. Exploratum si certum habeat: quoniam nisi esset hoc persuasum turpitudinem propter se fugiendam esse homines latebras nocti omnia cōmitterent a quibus natura ipsa cōmunis parens abhorret. ¶ Saltaret non solum faceret crepitum digitis & sic taxat cupiditatem Crassi. Complicatam. inuolutam quadam ignorantia solus enim prudens hoc cognoscit & statuit illum esse bonum uirum qui prosit quibus possit.

¶ Fimbriam consularē audiebam de patre nostro per iudicē M. Luctatio Pythie fuisse equiti romano sane honesto cū his sponsionem fecisset ni bonus uir esset. Itaq; ei dixisset fimbriam se illam rem nunq̄ iudicaturū ne aut spoliaret fama probatū hominem si contra iudicasset aut statuisset uideretur uirum bonū aliquē esse cū ea res innumerabilibus officiis & laudibus contineretur huic igitur uiro bono quē fimbria ēt non modo socrates nouerat nullo modo uideri pōt quicq̄ eē utile quod non honestū sit. Itaq; talis uix non modo facere sed nec cogitare qdē quicq̄ audebit quod non audeat predicare. Hoc nonne est turpe dubitare philosophos quæ ne rustici quidē dubitant? a quibus natum est id quod iam tritū est uetustate prouerbiū. Cū enim fidē alicuius bonitatēq; laudent dignū esse dicunt qui cum in tenebris mices. Hoc quā habet uim nisi illā nihil expedire quod non deceat ēt si id possis nullo refellente obtinere. Vides ne igit͛ hoc prouerbio. neq; Gygi illi posse ueniā dari. neq; huic quē pauloante fingebā digitorū percussiones hereditates oīum posse conuertere. Vt.n. quod turpe est. id q̄uis occultetur. tamē honestum fieri nullo modo potest. sic quod honestū non est. id utile ut sit effici non pōt aduersante ēt & repugnante natura. At enim cū permagna p̄mia sunt. est causa peccandi. C. Marius a spe consulatus longe abesset: & septimū annum post preturam iaceret. neq; petiturus. unq̄ consulatū uideretur. Q. Metellū (cuius legatus erat) summum uirum & ciuem eum ab eo imperatore suo Romam missus est apud populum romanum criminatus est bellum illum ducere: si se consulem fecissent breui tempore: aut uiuum aut mortuum. Iugurtham: se in potestatem populi Romani redacturum. Itaq; factus est ille quedam cōsul: sed a fide iusticiaq; discessit qui optimū & grauissimū ciuē cuius legatus. & a quo missus esset in inuidiā falso crimine aduxerit. Nec noster quidem Gratidianus officio boni uiri functus est tunc cum pretor esset collegiumq; pretorum tribuni plebis adhibuissent ut res nummaria de com-

qui tale uinum uendit:dicere illud esse fugiens. ¶ Sunt quedam uina que non durant & si quis illa tanq̃ duratu ra emeret faceret iacturam. ¶ Redhibeatur opus sit recipere mancipium ueditũ. Vlpianus ait. Redhibere est face re ut rursus habeat uenditor qd̃ habuerat:& quia reddendo id faciebat Idcirco redhibitio est appellata quasi reddi tio cũ redditur ab emptore mancipium uenditori:& a iure consultis ponuntur morbi & cause quibus mancipium redhibeatur. ¶ Sed hic in hac parte & re Diogeni placet ut non dicantur uitia Antipatro aũt ut dicantur. ¶ Aleato rem qui ludo alee teneatur Si quis aurum. alia questio. ¶ Auricalcũ est es montanum habens aliquã similitudinẽ auri in colore:materna lingua dicit letton. ¶ Nec ui:de hoc supra dictũ est. quod ui metu sue causa & de dolo qm̃ pretores dolo promissa aut ui:rara. non habebantur. Ponit igitur exemplum de eo quod promissum est nec ui nec dolo. ¶ Ad aquam intercutem ad morbum hydropisim Pepigerit. pactus fuerit. ¶ Eundem morbum hydropisim. ¶ Qui cum. i. qd̃ pactum fecerat. Vite & saluti statuit Cicero & indicat non esse standum tali promisso:sed uite con sulendum utendũq; medicamento ẽt non permittente medico. qui cum perneget ab humanitate discedit. ¶ Qui si quis sapiens alia questio. ¶ Promisisse nollent respondet Cice. proposite questioni dicens sapientis uiri & grauis fuisse non promittere:sed qa promisit laudabilius erit in hoc mentiri:nihil. s. ex hereditate accipere nisi forte pecu niam illa hereditate relictam collaturus aliqñ sit in utilitatẽ reipu. ¶ Grauitatis constantie & uirtutis. ¶ Sed ducet existimabit esse turpe & preter decoꝝ sapientis saltare in foro. ¶ Honestius maiore laude si nihil capiet ex heredita te:qm̃ ostendit antiquiorem esse sibi uirtutem & decorum oĩbus aliis rebus. ¶ Magnum aliquod tempus. i. in ali quã difficultatem & necessitatem reipu. cui adesse debemus & quicquid pro illa facimus decet. ¶ Ac ne illa quidem. Nunc de promissis non seruandis disputat de quibus dictum est in primo uolumine & ponit exemplum de sole & Phaetonte. Neptuno:& Theseo Agamẽnone & Iphigenia filia quam immolauit. Aliqui dicunt Agamennonẽ cum grecorum classis aulide conuenisset:imprudentẽ interuenisse capream pascentem & Diane sacra. Numen ob id ira tum placari sanguine Agamennonis filie poposcite. Vlixemq; simulantem. Achilli desponsatam a Clitennestra ma tre uirginem accepisse:& ante aras uitta tam statuisse Achilleq; ceterosq;:qui sacrificio preerant puellam regi scytha rum clausa emendasse & sic taurisse Diane templo prefuisse. Fabule dicunt seruam fuisse suppositam pro uirgine a Diana. ¶ Tam tetrum crudele & horrendum. ¶ Ergo concludit ostendens hec esse officia a circunstantia:ut suo lo co dictum est. ¶ Quid sit alia questio qua officium & circunstantia ostenditur. ¶ Temporibus conditione: tempo rum presentium. ¶ Cõmutata utilitate: quoniam si sit promissum non est utile illi cui promissum est:& quia utilita ti consulendum est:mutata utilitate mutatur officium hec plana sunt:& in primo libro tractata uberius. ¶ At de his quidem postq̃ disseruit de his:que pertinent ad prudentiam & iusticiam. Cicero captans attentionem transit ad re liqua que pertinent ad fortitudinem & temperantiam:de quibus usq; ad finem disputat:ostendens nihil esse utile: quod fortem uirum dedeceat & temperatum confutans epicureorum opiniones statuentium finem bonorum in uoluptate & firma explorata q̃ corporis ualitudine. ¶ Simulatione idest malicia quadam que prudentiam uidetur imitari cum ab ea distet plurimum. In eisdem fontibus:a quibus officia ducuntur & manant.

Aqua intercutis. Hydropisis. Alia qõ. De promissis nõ seruãdis Exẽplo promissoꝝ non seruãdorum iphigẽia diane imolata. Alia qõ. De fortitudine & prudentia prosequitur. Simulatio idest malicia.

ASCE. Fortitudinis partes. ERAS. Vlixes ne ad troiam iret furere simulauit agrũ proscissum sale serẽs Palãedes odorat⁹ illi⁹ astutiam filium eius qua sulcus du cẽd⁹erat obiecit. Vlisses arte aratrum suspendit. Itaq; detecta fraus. cuius rei mẽor Vlixes postea Palamedẽ falso criminatus oppressit.

Reliquę &c. Determinat de reliquis duabus uirtutibus scilicet fortitudine & temperantia. Et primo de fortitudine dicens. Reliquę sunt idest restant due partes honestatis:quarum altera scilicet fortitudo cernitur in magnitudine & prestantia animi excellentis altera scilicet temperantia in confirmatione & moderatione continentie & temperantie. Vtile uidebatur ulixi (quidem:idest certe:ut poete tragici tradiderunt nam apud Homerum optimum autorem:nulla talis suspitio est de ulixe: sed tragedie insimulant idest insimulãter culpant eum sic) uoluisse simulatione insanie idest quia simulabat se insanum subterfugere militiam: ne scilicet iret in bellum Troianum quod consilium ei non supple fuit honestum at utile supple erat ut aliquis dixerit fortasse regnare: & uiuere ociose ithace idest in ithaca regione cum parentibus cum uxore & cum filio. ¶ An tu. (dicit aduersarius) putas ullum decus idest ornamentum glorie in quotidianis periculis a laboribus esse conferendum cum hac tranquilitate. Responsio. Ego uero idest certe arbitror istam tranquilitatem contẽnendam & abiiciendam quoniam ego arbitror eam supple que non sit honesta:ne utilem quidẽ esse: Quid enim putas ulixem fuisse auditurum si perseuerasset in ipsa simulatione qui cum gesserit in bello maximas res:tamen audiuit hec. ab aiace:in tragedia scilicet sic dicente: ipse quod omnes scitis solus neglexit fidem iusiurandi

Magnitudo uirum reddit prestantia fortem.
Hic animo solidus ac moderatus erit.

☞ Describuntur fortitudinis partes.

Reliquę sunt due partes honestatis quarum altera in animi excellentis magnitudine & prestantia cernitur altera in confirmatione & moderatione continentie & temperantie. Vtile uidebat' ulixi ut quidem poete tragici prodiderunt. Nam apud Homerum optimũ autorem talis de ulixe nulla suspitio ẽ sed insimulãt eũ tragedie simulatiõe insanie militiã subterfugere uoluisse nõ honestũ consiliũ at utile ut aliqs fortasse dixerit regnare & ithace uiuere ociose cũ parentibus cũ uxore cũ filio. An ullum tu decus in quotidianis periculis & laboribus cũ tranquillitate hac cõferẽdũ putas? Ego uero istã contẽnendã & abiiciendã qm̃ que honesta nõ sit ne utilẽ qdẽ eẽ arbitror. Quid. n. auditurũ putas fuisse ulixẽ. si in ipsa simulatiõe pseuerasset q cũ maxĩa res gesserit ĩ bello. tũ hec audiuit ab aiace cuius ipse prĩceps iusiurãdi fuit. Q d oẽs scitis solus neglexit fidẽ furere assimulauit. ne co iret quo instituit. Q d ni palamedis pspicax prudẽtia istius pcepisset maliciosam audaciã. fide sacrata ius p

petuo falleret. Illi uero non modo rem hostibus. uerũ etiã cum fluctibus. id quod fecit dimicare melius fuit q̃ deserere consentiẽtem greciam ad bellum barbaris inferendum. Sed dimittamus & fabulas & externa & ad rem factam nostram ueniamus. M. Attilius Regulus cum consul iterum in aphrica ex insidiis captus esset duce Xãtippo lacedemonio imperatore autem patre Hannibalis Hamilcare Iuratus missus est ad senatum ut nisi essent redditi penis captiui nobiles quidam rediret ipse Carthaginem. Is cum Romam uenisset utilitatis speciem uidebat. sed eam declarat. falsam iudicauit que erat talis manere i patria esse domi sue cum uxore: cum liberis quam calamitatem accepisset in bello communẽ fortune bellice iudicare tenere consularis dignitatis gradum quis hec neget esse utilia. que censes magnitudo animi. & fortitudo animi. Nam locupletiores queris autores. Harum enim est uirtutum proprium nil extimescere omnia humana despicere nihil quod homini accidere possit intolerandum putare. Itaq; quid fecit. In senatum uenit mandata exposuit sententiam ne diceret recusauit q̃din iureiurando hostium teneretur non esse senatorem Atq; illud etiam o stultum hominem dixerit quispiam. & repugnantem utilitati sue reddi captiuos negauit esse utile. Illos enim adolescentes & bonos duces esse. se iam confectum senectute. Cuius cũ ualuisset autoritas captiui retenti sunt. ipse Carthaginem rediit neq; eum charitas patrie retinuit: nec suorum neq; uero tamen ignorabat se ad crudelissimum hostem. & ad exquisita supplicia proficisci. Sed iusiurandum conseruãdum putabat. Itaq; tum cũ uigilando necabatur. erat in meliori causa q̃ si domi senex captiuus periurus. & consularis remansisset at stulte qui non modo non censuerit captiuos remittendos uerumetiam dissuaserit. Quomodo stulte etiam ne si reipubli. conducebat. Potest autem quod inutile reipubli. sit id cuiq̃ ciui utile esse. Peruertunt homines ea que sunt fundamenta nature. cum utilitatem ab honestate seiungunt. Omnes enim expetimus utilitatẽ ad eamq; rapimur. nec facere aliter ullo modo possimus. Nam qs est qui utilia fugiat. aut quis potius qui ea nõ studiosissime prosequatur. Sed quia nusq̃ possumus nisi in laude decore honestate utilia reperire propterea illa prima & summa habe

cuius ipse fuit princeps idest institutor: & assimulauit supple se furere: ne iret eo scilicet Troiam: quo instituit supple ire q̃ nisi perspicax prudentia Palamedis percepisset maliciosam audaciam istius scilicet Vlixis: ipse falleret perpetuo ius sacrata: idest sacramento iusiurandi stabilita fide quam dederat uero pro sed (inquit Cicero) melius fuit illi: id quod fecit: uidelicet dimicare non modo id est non tantum cum hostibus: uerumetiam cum fluctibus q̃ deserere greciam consentientem ad inferendum barbaris scilicet Troianis bellum. Sed dimittamus & fabulas & externa & ueniamus ad rem factam & nostram idest Romanam. Marcus attilius regulus cũ consul iterum idest secundum hoc est secundo loco captus esset in Aphrica ex insidiis: & hoc Xantippo Lacedemonio existente duce. Autem pro sed Hamilcare patre Hannibalis existente Imperatore ipse iuratus idest iuramento astrictus missus est ad senatum scilicet Romanum: ut nisi quidam nobiles captiui essent redditi penis idest Carthaginensibus ipse Regulus scilicet rediret Carthaginem. Is cum uenisset Romam: uidebat speciem utilitatis: sed iudicauit ut res idest euentus declarat eam falsam que scilicet species erat talis. Manere in patria: esse domi sue cum uxore cum liberis & iudicare calamitatem quã accepisset in bello esse communem fortune bellice: & tenere gradum dignitatis consularis quis neget hec esse utilia. Quid idest qualis censes idest putas magnitudo animi & fortitudo negat hec esse utilia quasi dicat nimirum maxima. Nam si queris locupletiores autores. Proprium harum uirtutum est nil extimescere despicere omnia humana nihil putare intollerandum quod possit accidere homini. Itaq; quid fecit supple regulus. Venit in senatum exposuit mandata scilicet Carthaginensium & recusauit ne ipse diceret sententiam: utpote & in proprio facto & supple dixit se non esse senatorem q̃diu teneretur iureiurando hostium. Atq; etiam negauit illud etiam scilicet captiuos reddit esse utile. Vnde quispiam idest forte aliquis dixerit. O stultum hominem & repugnantem sue utilitati. Negauit autem ideo enim pro quia dixit supple illos esse adolescentes & bonos duces: se confectum iam senectute. Cuius scilicet reguli autoritas cum ualuisset captiui sunt retenti: & ipse rediit Carthaginem neq; charitas patrie retinuit eum nec charitas suorum. Neq; uero ignorabat tamen se proficisci ad crudelissimum hostem & ad exquisita supplicia. Sed putabat iusiurandum conseruandum. Itaq; tum idest tunc cum necabatur uigilando erat in meliori causa: q̃ si mansisset domi senex captiuus periurus & consulatis. At stulte (supple dices fecerit) qui non modo non censuerit captiuos remittendos uerumetiam

dissuaserit. Respondet Cicero. Quomodo stulte egerit: etiam ne stulte supple agebat: si conducebat reipublica. Potest autem id quod sit inutile reipubli. esse utile cuiq̃ ciui: quasi dicat minime homines peruertunt ea que sunt fundamenta nature cum idest quando se iungunt idest separant utilitatem ab honestate. Nos enim omnes expetimus utilitatem & rapimur ad eam: nec possumus ullo modo aliter facere. Nam quis est qui fugiat utilia quasi dicat nemo aut potius quis est qui non prosequatur ea scilicet utilia studiosissime idest diligentissime quasi dicat etiam nemo. Sed quia nunquam possumus reperire utilia: nisi in laude decore & honestate propterea nos habemus idest reputamus illa iam dicta scilicet laudem decus & honestatem prima & summa & ducimus nomen utilitatis non tã splendidum idest clarum & gloriosum q̃ necessarium. Quis dixerit. quid igitur est in iureiurando num idest nunquid timemus Iouem iratum si supple deierauerimus. At idest sed hoc scilicet deum irasci periuris: est commune omnium philosophorum non modo eorum scilicet epicureorum qui dicunt deum nihil negocii habere & nihil exhibere alteri idest non curare mortalia: sed etiam eorum scilicet peripateticorum stoicorum: & academicorum qui uolunt deum agere & moliri semper aliquid & nunquam nec irasci nec nocere. Quid autem Iuppiter iratus potuisset plus nocere q̃ ipse regulus nocuit sibi. Igitur nihil nulla fuit uis religionis que peruerteret tãtam utilitatẽ scilicet saluare uitam & tormenta uitare. Responsio pro regulo. An ne faceret turpiter: primum minima idest que sunt minima de malis. Obiectio. Num igitur ista turpitudo habebit tantum mali quantum ille cruciatus Deinde etiam illud Accii supple purgaret regulum querenti enim. Fregisti ne fidem responsum est neq; dedi neq; docui q̃ infideli supple fidẽ quod q̃q̃ dicitur ab impio rege scilicet atreo tamen dicitur luculente idest gloriose & laudabiliter. Addunt etiam quemadmodum nos dicamus quedam uideri utilia que non sint ut hoc ipsum uideatur honestum scilicet reuertisse ad cruciatum causa iurisiurandi conseruati: sed fit non honestum: quia quod esset actum per uim hostium non debuit esse ratum. Addunt etiam quicquid ualde utile sit id fieri honestum etiam si non uideretur antea supple honestum hec fere dicuntur supple contra regulum: sed uideamus: idest discutiamus prima: scilicet obiecta. Iuppiter inquiunt non fuit metuendus ne iratus noceret: quia neq; irasci solet neq; nocere. Hec quidem ratio non magis ualet contra regulum q̃ contra omne iusiu. Sed debet intelligi non qui metus: sed que uis idest uirtus & potestas sit in iureiu. Est enim iusiu. affirmatio religiosa: quod autem promiseris affirmatiue quasi deo teste:

ERAS. Minima de malis subaudi erant deligenda. Eclypsis usitata in sermonib9: uulgo usurpantis.

ERAS. Fides in capitolio Ioui proxima

mus utilitatis nomen. non tam splendidum q̃ necessarium dicimus. Quid est igitur dixerit quis in iureiurando. non iratum timemus Iouem At hoc quidem cõmune est omnium philosophorum non eorum modo qui deum nihil habere ipsum negocii dicunt & nihil exhibere alteri. sed eorum etiam qui deum semper agere aliquid. & moliri uolunt nunq̃. nec irasci deum nec nocere. Quid autem iratus Iuppiter plus nocere potuisset quam nocuit sibi ipse regulus. ¶ Nulla igitur uis fuit religionis que tantam utilitatem peruerteret An ne turpiter faceret primum minima de malis. Num igitur tãtum mali turpitudo ista habebit quantum ille cruciatus. Deinde illud etiam apud Accium. Fregisti ne fidem neq; dedi. neq; do infideli cuiq̃. q̃q̃ ab impio rege dicitur. Luculente tamen dicit. Addunt etiam quemadmodum nos dicamus uideri quedam utilia que non sint sic se dicere uideri quedã honesta que nõ sint. ut hoc ipsum uidetur honestũ conseruãdi iurisiurãdi causa ad cruciatũ reuertisse. Sed fit nõ honestum. quia quod per uim hostium esset actum ratum esse non debuit. Addunt etiam quicquid ualde utile sit id fieri honestum etiam si antea nõ uideretur. Hec fere contra regulum. Sed prima uideamus. Nam fuit igitur Iuppiter metuendus ne iratus noceret quia neq; irasci solet neq; nocere. Hec quidem ratio nõ magis contra regulum q̃ contra omne iusiurandum ualet. Sed in iureiurando. non qui metus sed que uis sit debet intelligi. Est enim iusiurandum affirmatio religiosa quod autem affirmatiue quasi deo teste promiseris id tenendum est. Iam enim non ad iram deorum: que nulla est sed ad iusticiam & ad fidem pertinet. Nam preclare Ennius O fides alma: apta pennis & iusiurandum Iouis. Qui igitur iusiurandum uiolatis fidem uiolat quam in capitolio uicinam Iouis optimi maximi. ut in Catonis oratione est maiores nostri esse uoluerunt. At enim ne iratus quidem Iuppiter plus regulo nocuisset quam sibi nocuit ipse Regulus. Certe si nihil malum esset nisi dolere. id autem non modo non summum malum sed nec malum quidem esse maxima autoritate philosophi affirmãt quorum quidem testem non mediocrem. sed aut scio aut grauissimum Regulum nolite queso uituperare. Quẽ enim locupletiorem querimus. q̃ principem publice reti-

nendi officii causa cruciatum subiecit uoluntarium. nam qui aiunt minima de malis. hi ut turpiter potius calamitose. An est ullum maius malum turpitudine. Que si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis quanta illa deprauatio: & feditas turpificati animi debet uideri. Itaq; neruosius qui illa disserunt solum audent malum dicere id quod turpe sit. qui autem remissius. hi tamen non dubitent summum malum dicere. Nam illud quidem neq; dedi. neq; fidem infideli cuiq̃ idcirco a poeta dicitur quia cum tractaretur Atreus persone seruiendum fuit. Sed si huic sibi sumunt nullam esse fidem que infideli data sit uideãt ne queratur latebra periurio. Est autem etiam ius bellicum fidesq; iusiurandi sepe hosti seruanda. Quod enim iuratum est. ut mens conciperet fieri oportere id obseruandum est quod aliter: id si non fecerit nullum periurium est. ut si predonibus pactum pro capite precium non attuleris. nulla fraus est: ne si iuratus quidem id non feceris. Nam pirata non est ex perduellium numero definitus. sed communis hostis omnium cum hoc fides esse debet nec iusiurandum commune. Non enim falsum iurare peierare est sed quod ex animi tui sententia iuraueris: sicut uerbis concipitur more nostro id non facere periurium est. Scite enim Euripides iuraui lingua. mentem iniuratam gero. Regulus uero non debuit conditiones pactionesq; bellicas & hostiles perturbare periurio. Cum iusto enim & legitimo hoste res gerebatur aduersus quem & totum ius feciale & multa sunt iura communia. Quod ni ita esset nunq̃ claros uiros senatus uinctos hostibus dedisset. At uero Titus ueturius & Spurius posthumius cum iterum consules essent: quia cum male pugnatum apud claudium esset legionibus nostris sub iugum missis pacem cum samnitibus fecerat dediti sunt his. In iussu enim populi senatusq; fecerant: Eodemq; tempore. T. Numitius. Q. Emilius qui cum tribuni plebis erant quod eorum autoritate pax erat facta dediti sunt ut pax samnitum repudiaretur. Atq; huius deditionis ipse posthumus qui debebatur suasor & autor fuit. quod idem multis annis post. C. Mancinius qui ut numantinis quibus cum sine senatus autoritate fedus fecerat dederetur togationem suasit eam quam Lucius Furius & sextus attilius &

id tenendum est. Iam enim non pertinet ad iram deorum que nulla est: sed ad iusticiam & fidem. Nam ennius preclare supple dixit. O fides alma apta idest coniuncta pennis idest alis ad uolandum ad celestia: & iusiurandum Iouis idest ad Iouem pertinens. Igitur qui uiolat iusiurandum is uiolat fidem quam in capitolio uicinam optimi maximi Iouis ut est in oratione Catonis: maiores nostri esse uoluerunt. At enim alia obiectio: ne iratus quidem Iuppiter nocuisset plus regulo q̃ ipse Regulus nocuit sibi. Certe supple sibi nocuisset plurimum si nihil malum esset nisi dolere. Autem pro sed philosophi maxime autoritate affirmant id scilicet dolere non modo non summum malum sed malum quidem esse supple culpe tantum pene: quod simpliciter malum non est. Quorum supple philosophorum quidem idest certe non mediocrem: scilicet haud scio an grauissimum testem scilicet regulum nolite queso uituperare. Quem enim queri mus locupletiorem q̃ principem reipubli. qui causa officii retinendi subierit uoluntarium immo ipse uoluntarius: cruciatum idest grauissimum tormentum. Nam qui aiunt supple turpiter agere esse minima de malis hi supple sunt digni: ut sentire dicantur aut agant potius turpiter q̃ calamitose: an est ullum malum maius turpitudine quasi dicat non que scilicet turpitudo si habet aliquid offensionis in deformitate corporis: q̃ta illa deprauatio & feditas animi turpificati debet uideri. Itaq; quo disserunt idest disquirunt illa neruosius idest fortius & magis ad rem audet dicere: solum id quod turpe sit esse malum. autem pro sed qui remissius supple dixerunt hi tamen non dubitant dicere id quod turpe sit summum malum. Nam illud quidem neq; dedi neq; do cui q̃ in fidem. dicitur idcirco a poeta: quia cum atreus uir perfidus scilicet tractaretur fuit seruiendum persone sed sumunt sibi hic idest hoc loco: aut potius hinc nullam esse fidem que data sit infideli uideant ne latebra idest paleatio aut subterfugium queratur periurio. Aut pro sed ius bellicum & fides iusiurandi est seruanda sepe hosti. Quod enim iuratum est sic supple ut mens conciperet oportere fieri id obseruandum est quod aliter supple iuratum est si id non fecerit nullum est periurium. ut si non attuleris predonibus precium pactum pro capite. nulla est fraus ne si idest etiam si iuratus quidem non feceris id. Nam pirata non est ex numero perduellium idest hostium cum quibus est iustum prelium inter duas partes sed est communis hostis omnium & fides idest fidelitas aut promissi obseruatio: nec iusiurandum est cõmune cum hoc idest cum tali hoste scilicet pirata. Non enim iurare falsum est peierare (quod uulgares dicunt periurare) sed quod tu iuraueris ex sententia animi tui id non facere sicut concipi

ERAS. Neruosius ut stoici remissi⁹ ut peripatetici.

ERAS. Iustis hostibus pacta p̃stãda latronibus nihil oportet.

ERAS. Romanus exercitus in candiuis furcis subiugũ missus a samnitibus.

senatusconsulto ferebam. qua excepta est hostibu dedittus Honestius hic q̄. P. Pompeius quo cum in e dem causa esset deprecante accepta lex non est. Hi ea que uidebatur utilitas ualuit: quā honestas. A pu superiores utilitatis species falsa ab honestatis auto ritate superata est. At non debuit ratum esse quod erat actum per uim quasi nō forti uiro uis possit adhi beri. Cur igitur ad senatum proficiscebatur cum pre sertim de captiuis dissuasurus esset. Quod maxi mum in eo est id reprehendis. Non enim suo iudicio stetit: sed suscepit causam ut esset iudicium senatus cui nisi ipse autor esset captiui profecto penis redditi essent. Ita incolumis in patria Regulus restitisset. quod quia patrie non utile putauit. Idcirco honestum sibi & sentire illa & pati credidit. Nam quod aiunt quod ualde utile sit id fieri honestum immo uero esse non fieri. Est enim nihil utile quod idem non hone stum: nec quia honestum est: sed quia honestum uti le. Quare ex multis mirabilibus exemplis haud fa cile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius aut pre stantius. ¶ Sed ex tota hac laude Reguli unum illud est admiratione dignum quod captiuos retinendos censuerit. nam quod rediit nobis non mirabile uide tur. illis quidem temporibus aliter facere non potuit. Itaq; ista laus non hominis sed temporum. nullum etiam uinculum ad astringendam fidem iureiuran do maiores arctius esse uoluerunt. id indicant leges in duodecim tabulis indicant sacra indicant federa qui bus etiam cum hoste deuincitur fides. indicant nota tiones animaduersionesq; censorum qui nulla de re diligentius q̄ de iureiurando iudicabant. Lucio Man lio Auli filio cum dictator fuisset. M. Pomponius tri bu. plebis diem dixit. q; his paucos sibi dies ad dictatu ram gerendam addidisset criminabatur etiam q; Ti tum filiū qui postea est torquatus appellatus ab ho minibus relegasset & ruri habitare iussisset quod cū audiuisset adolescens filius negocium exhiberi patri accurisse Romam & prima luce Pomponii domum uenisse dicitur. Cui cum esset nunciatum q; illum ira tum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitrare tur surrexit e lectulo remotisq; arbitris a se adolescen tem iussit uenire. At ille ut ingressus est confestim gladium distrinxit iurauitq; illum statim interfectu-

tur uerbis more nostro idest secundum inten tionē nostram est periurium. Euripedes enim scite idest perite supple dixit ego iuraui lin gua & gero mentem iniuratam: non obliga tam iuramento uero pro sed Regulus non de buit perturbare preiurio: conditiones & pa ctiones bellicas & hostiles. Enim pro quia res gerebatur cum iusto & legitimo hoste aduer sus quem supple hostem legitimum & to tum ius feciale: & multa alia iura sunt com munia. Quod ni idest nisi ita esset senatus nun quam dedisset hostibus claros uiros uinctos idest ligatos. At uero idest sed tamen Titius Veturius & Spurius Posthumius cum essent iterum consules: quia cum male pugnatum esset apud oppidum caudium. Samnitium fe cerant pacem cum Samnitibus: & hoc legio nibus idest militibus perlegionem distinctis missis subiugum idest subiugatis. ipsi scilicet consules sunt dediti. idest ad uoluntatem da ti. his scilicet Samnitibus ut facerent de eis quicquid uellent: enim pro quia ipsi fecerant in iussu: idest sine iussu populi & senatus sup ple Romani q;. T. Numitius &. Qu. Emi lius qui cum erant tribuni plebis dediti sunt eodem tempore: q; idest quia pax erat facta eorum autoritate: ut pax Samnitum repudia retur. Atq; ipse posthumius qui debebatur. fuit suasor & autor huius deditionis quod idem scilicet factum Caius Mancinius: fecit supple multis annis post qui ut dederetur nu mantinis quibuscunq;: idest cum quibus fe cerat fedus sine autoritate senatus sinautem eam rogationem qua Lucius furius: & sextus Atilius: ex senatusconsulto ferebant qua ro gatione idest propositione proposita populo an approbare uellet accepta: idest approbata deditus est hostibus hic supple. Egit honesti bus quam. Qu. Pompeius quo deprecante idest recusante & precante ne fieret cum esset in eadem causa lex non est accepta hic idest in hoc facto Pompeii ea que uidebatur utili tas ualuit plusquam honestas. Falsa species utilitatis est superata apud superiores: idest prius dictos: ab autoritate honestatis. At id est sed illud non debuit esse ratum (ut obie ctum erat) quod erat actum per uim idest uio lentiam quasi uis possit adhiberi non forti ui ro. Igitur dicet aduersarius: cur proficisceba tur ad senatum presertim cum esset dissuasu rus de captiuis. Respondet Cicero. uos repre henditis in eo: quod maximum idest laudabi lissimum est in eo Non enim stetit in suo iudi cio: sed suscepit causam idest occasionem ut esset iudicium sanatus cui nisi ipse fuisset au tor captiui essent profecto redditi. Penis idest punicis hoc est Carthaginensibus hostibus. Ita Regulus restitisset incolumis in patria: quod quia putauit inutile patrie idcirco credi dit honestum sibi & sentire & pati illa. Nam quod ipsi aiunt id quod sit ualde utile fieri ho

ERAS. Quanta antiquitus iurisiurandi religio.

ERAS. Pomponius iusiurandū etiā metu citeriorum prestādum putauit.

rum nisi iusiurandum sibi dedisset:se patrem missum esse facturum.Iurauit hoc terrore coactus pomponius rem ad populum detulit. Docuit cur sibi a causa desistere necesse esset. Manlium missum fecit Tantum temporibus illis iusiurãdum ualebat.atq; hic.T.Manlius is est qui ad anienem galli. quem ab eo prouocatus occiderat torque detracto cognomẽ inuenit cuius tertio consulatu latini ad ueserim fusi & fugati magnus uir imprimis & qui nuper indulgens in patrem idem acerbus & seuerus in filium. Sed ut laudandus Regulus in conseruando iureiurando sic decem illi quos post Cãnensem pugnam iuratos ad senatum misit Hannibal in castra redituros ea quorum erant captiui nisi de redimendis captiuis impetrauissent si nõ redierunt uituperandi de quibus non omnes uno modo.Nam polybius bonus autor in primis scribit ex decem nobilissimis qui tunc erant missi nouem reuertisse:a senatu re nõ impetrata. Vnum ex decem qui paulopost egressus erat e castris redisset quasi aliquid esse oblitus Rome remansisse. Reditu enim in castra liberatum se esse iureiurando interpretabatur nõ recte fraus enim distringit non dissoluit periurium.Fuit igitur stulta calliditas peruerse imitata prudentiam. Itaq; decreuit senatus ut ille ueterator & callidus uinctus ad Hannibalem duceretur. Sed illud maximum octo hominum milia tenebat Hannibal non quos in acie cepisset aut qui periculo mortis diffugissent sed qui relicti in castris fuissent a Paulo & Varrone consulibus.Eos senatus non censuit redimendos cum id parua pecunia fieri potuisset ut esset insitum militibus nostris aut uincere aut emori.Q ua quidem re audita fractum animum Hannibalis. Scripsit idem ꝙ senatus populusq; Romanus rebus afflictis tam excelso animo fuisse.Sic honestatis comparatione ea que uidentur utilia uincuntur. Attilius autem qui grece scripsit historiã plures ait fuisse qui in castra reuertissent eadem fraude ut iureiurando liberarentur eosq; a censoribus omnibus ignominiis notatos. Sit iam huius loci finis Perspicuum est enim que timido animo.humili de misso.fractoq; fiant quale fuisset Reguli factum si aut de captiuis quod sibi opus esse uideretur non quod reipub. censuisset aut domi remanere uoluisset non esse utilia sunt flagitiosa & feda & turpia.

nestum immo uero supple dicendum est id esse non fieri honestum. Enim pro quia nihil est utile quod idem non supple sit honestum nec ideo honestum est:quia utile sed ideo utile est quia honestum.Quare haud facile quis dixerit ex multis mirabilibus exemplis aut laudabilius:aut prestantius hoc exemplo. ¶ Sed ex tota ac laude Reguli est illud unum dignũ admiratione ꝙ censuerit captiuos redimendos. ¶ Nam non uidetur nobis quod mirabile rediit quia non potuit aliter facere: quidem idest certe illis temporibus. Ita ꝙ ita ista laus non hominis sed temporum quibus scilicet tam iustus erat senatus: ut si consul uoluisset non potuisset contra iusiurandum fecisse. ¶ Maiores etiam nullam uinculum uoluerunt esse arctius ad astringendam fidem iureiurando:id iudicant leges in duodecim tabulis: id iudicant sacra idest cerimonialia: id federis iudicant:quibus.s.federibus fides deuincitur etiam cum hoste.Notationes & animaduersiones idest punitiones censorum iudicãt etiam id qui de nulla re diligẽtius iudicabant q̃ de iureiurando Marcus Pomponius tribunus plebis dixit diem Lucio Manlio filio auli cũ fuisset dictator ꝙ idest quia is scilicet Manlius addidisset sibiipsi supple paucos dies ad dictaturam gerendam & criminabatur etiam ꝙ relegasset ab hominibus & iussisset habitari iuri idest in agro Titum filium qui appellatus est postea torquatus:ꝙ idest quam rem cum filius adolescens audiuisset uidelicet negocium exhiberi patri:dicitur accurrisse Romam & uenisse prima luce domum Pomponii. Cui scilicet Pomponio cum esset nunciatum ꝙ arbitraretur illum iratum allaturum aliquod ad se contra patrem surrexit e lectulo & remotis arbitris iussit adolescentem uenire ad se.At idest sed ille scilicet adolescens: ut idest postq̃ ingressus est destrinxit idest euaginauit confestim idest cum festinatione gladium & iurauit statim illum scilicet supple se interfecturum Pomponium nisi dedisset sibi iusiurandum se missum facturum idest dimissurum esse patrẽ Pomponius coactus hoc errore iurauit & detulit rem ad populum docuit ꝙ supple necesse esset sibi desistere a causa & missum fecit Manlium tantum ualebat illis temporibus iusiurandum(acclamatio est.) Atq; hic Ritus Manlius est is qui inuenit cognomen: scilicet Torquati: torque galli prouocatus ab eo occiderat ad anienem fluuium detracto.cuius tertio consulatu latini fusi & fugati sunt ad uesetim qui supple fuit magnus imprimis uir: & qui nuper indulgens idest prius in patrem supple fuit idem acerbus & seuerus supple fuit in filium. Sed ut Regulus supple fuit laudandus in iureiurando conseruando: sic decem illis quos iuratos idest astrictos iuramento Hannibal misit ad senatum post pugnam Cannensem in qua plurimi romanorum fusi sunt iu

ERAS: Indulgens quẽ acerbum in se sic tamẽ amauit idem filium securi percussit.

ratos dico redituros idest quod essent redituri in ea castra quorum erant captiui nisi imperauissent de redimendis captiuis : & illi dico sunt uituperandi si non redierunt de quibus non omnis uno modo supple scripserunt . Nam polybins autor in primis bonus scribit ex decem nobilissimis qui tunc erant missi nouem reuertisse. re non impetrata a senatu: & unum ex decem remansisse Rome que paulo postq̄ egressus erat e castris hostium: scilicet rediisset. quasi aliquid esset oblitus Enim pro quia: interpretabatur se esse liberum iureiurando reditu idest per reditū in castra interpretabatur (dixit) non recte. Enim pro quia fraus distringit idest arctius stringit & non dissoluit periurium. Fuit igitur stulta calliditas immitata prudentiam peruerse. itaq̄ senatus decreuit. ut ille ueterator & callidus duceretur uinctus ad Hannibalem: sed illud maximum supple erat Hannibal tenebat octo milia hominum non quos cepit in acie aut qui fugissent periculo mortis: sed qui fuissent relicti in castris a Paulo & Varrone consulibus . Senatus non censuit eos scilicet homines numero octies mille redimendos cum id potuisset fieri parua pecunia: ut insitum esset nostris militibus: aut uincere aut mori. Quaquidem re audita idem scilicet Polybius scripsit animum Hannibalis fractum q̄ Senatus populusq̄ Romanus fuisset tam excelso animo rebus afflictis . Si ea que uidentur utilia dicuntur comparatione honestatis. Autem pro sed . Attilius qui scripsit grece hystoriam ait plures fuisse qui reuertissent in castra eadem fraude ut liberarentur . iureiurando & eos notatos esse a Censoribus omnibus ignominiis . Sit iam finis huius loci perspicuum : est enim ea que fiant animo timido: humili demisso & fracto quale fuisset factum. Reguli si censuisset de captiuis quod uideretur esse opus : idest utile sibi: aut si uoluisset remanere domi non esse utilia: quia sunt flagitiosa & feda & turpia.

Elique sunt due partes fortitudo scilicet & temperātia: sed prius agit de fortitudine. Et ponit exemplum Vlixis quem ostendit non potuisse uiri fortis & magni decorum seruare: si domi remansisset uitans bellicosos labores : quamuis id utile potuisset uideri . ℭ Ithace que erat patria sua : cuius desiderio dicebat apud Homerum se teneri in hec uerba. Ithaca omnium clarissima occasum uersus aspera quidem . Sed optima iuuentutis altrix: qua ego nihil unq̄ amenius uidi . ℭ Ociose sine laboribus bellicis . ℭ Cum parentibus. Laerte & Aatolia matre. ℭ Vxore. Penelope. ℭ Filio Thelemacho. An ullum tu decus. Sensus est nulla tranquilitas & uita ociosa potest conferri cum decore & laude: quam meretur quis ex laboribus & periculis additis pro decore seruando: tranquilitas enim que honesta non est non potest esse utilis. Ab Aiace filio Thelamonis superato ab Vlixe iudicio armorum. ℭ Cuius ipse princeps hec erant uerba. Aiacis in tragedia. quibus exprobabat. Vlixi quod militiam subterfugerit simulatione insanie. ℭ Quod in Palamedis. Vlixes ne iret ad bellum furorem simulauit: sed Palamedis perspicaci ingenio simulatio illa detecta est. Nam cum araret & salem sereret ut furens uideretur. Palamedes obiecit aratro Telemachum: & sic timens filio se apparuit. ℭ Id quod fecit: quoniam errauit per maria & uarios labores perpessus est ut canit Homerus in odissea . Barbaris phrigibus . ℭ Continentia &c. Temperantie habent hec similitudinem quandam. Materia conueniunt forma dissentiunt. Conueniunt materia: quia in forma hisdem rebus uersatur utraq̄ dissentiunt. Quia temperantia est uirtus. Continentia uero non est uirtus nondum habitum enim fecit. Nam omnis uirtus habitus est. Continentia non est habitus : igitur non est uirtus . Continens abstinet quidem: sed egre nec satis firmus est contra cupiditates. At uero temperans: quia diu abstinuit: & longa consuetudine habitum fecit : faciet cupiditas uiciant eodem modo incontinens intemperans incontinens inuitum est & quasi captiuis cupiditate trahitur nec dum uitii uidelicet intemperantie habitū fecit. Vnde Medea apud Ouidium inquit uideo meliora proboq̄ deteriora sequor. Et hoc non sine animi sui reprehensione facit. Ratio siquidem principia tenet. Sed uincitur a cupiditate . At uero intemperans peruertens rerum naturam malum bonum indicat & contra bonum malum. Ex quo sequitur ut cupiditatibus cedat intemperans eas eligens . Incontinens uero non eligens quia intelligit non esse bonum ex quo comprehenditur medias esse affectiones inter uitium & uirtutē nondum stabilitas modo ad bonum modo ad malum. ℭ Conformatione conuenientia. Que enim conformantur ea conueniunt siue duo sint siue plura . ℭ Vtile uidebatur Vlixi exemplis probat que contra uirtutē sunt inutilia esse Homerus nihil tale de Vlixe scripsit poete tragici scripserunt Vlixem una cū aliis ad excidium Troianum simulatione stulticie uenire noluisse . Illi quidē hoc utile uidebatur. Sed non ita erat: nam contra magnitudinē animi erat & excellentiam que magna appetere debet. ℭ Insimulant falso accusant. Insanie simulasse eum dicunt insaniam ut militiam subterfugeret. Nam agrum arabat Vlixes & salem seminabat agro subacto uinctis aduersi generis aīalibus & asino boue. Sed Palamedes ut experiretur uera ne esset insania Thelemachum insanum Vlixis filium accepit & aratro obiecit Vlixes arans cū ad filium uenisset aratro aratrum substulit. Tunc uero cognita est simulata stulticia. Sed Palamedes penas dedit. ℭ Ociose in pace. Comparente Laerte & anticlia matre. Vxore Penelope. Filio Telemacho. Vllum te decus dic mihi o tulli nunquid pōt esse tanta gloria ut sit cū hac utilitate comparanda. ℭ Conferendum putas. q. d. minime. ℭ Quid enim auditurum putas argumento utitur a minori ad maius si inquit Vlixes inuenit uituperatores & obtrectatores postq̄ ad bellum profectus est & magnas res gessit. Quid si non fuisset nunquid non in magna nimiū infamia fuisset sape. Quero ergo nunqd infamia utilis sit minime non igitur a militia desistere utile fuit Vlixi quia contra honestatē erat: hoc est contra gloriā hec audiat &c. ℭ Nostrā Romanam & affert exēplum Reguli q ad supplicium redire maluit q̄ aliquid de constantia & fide & remittere. Consul iterum in scdo consulatu in quo collegā habuit. L. Manliū bis consul fuit. Attilius Regulus de scdo consulatu nota est historia apud T. Liuiū & Polibiū Et insidiis Xantippus Lacedemonius mercede conductus a Carthaginēsibus & militaris rei peritissimus callide exercitum instruxerat elephātosq̄ in hostes immiserat. Vn̄ pugnatum est aliquādiu dubio marte: sed Xantippus simulata fuga Romanos ad insidias traxit Regulus captus est & Romā missus: ut aut pacē suaderet nōie penorum: aut captiuoꝝ permutationē suasit nec fieret permutatio. Addidit ēt sibi uenenum datum ad tp̄s quo paulatim tabescēti corpore facta permutatione extingueretur. ℭ Vxore Martia. ℭ Cū liberis duobus filiis quos

Xantippus regulum cepit captiuum.

alter ut est apud Sylium: Sarenus uocabatur: alter Regulus. ℂ Que censes respondet Cicero talia nō esse utilia: quoniam sunt contra magnanimitatem & fortitudinem de quibus nunc agitur: ut dictum est. Nam locupletiores an inquit queris maiores autores ipsa magnitudine animi & fortitudine que negant talia non esse utilia: quia sibi repugnent quasi dicat he uirtutes ostendunt illam speciem utilitatis esse falsam. ℂ Mandata Carthaginensium de pace & permutatione captiuorum. ℂ Sententiam ne diceret: quoniam negabat fas esse captiuo sedere inter consulares & liberos ciues ac dicere sententiam. ℂ Atq; illud etiam affert: id quod potuisset aliquis dicere contra Regulum. ℂ Cum uigilando negabatur. Tenebatur Regulus in tenebris & repente ardoribus solis obiiciebatur: cogebaturq; respicere ad solem insutis sursum ac deorsum palpebris tum somno diu prohibitus decessit. Armarium ex tabulis ligneis pedi excogitauerant suppositus etiam acutis lignis dispositis stimulis per latera armarii quo clauserunt Regulum: ita nec iacere: nec adherere posset nisi fixus stimulis. Vnde dicit Sene. loquens de supplicio Reguli. Figunt cute claui & quocunq; fatigatum corpus inclinauit uulneri incumbit. & in perpetuam uigiliam suspensa sunt lumina. ℂ Ac stulte affert aliud quod quis contra Regulum potuisset afferre fundamenta nature: quoniā honestum est secundum naturam & nihil est utile quod non sit honestum quod qui non tenent. & utile ab honesto separant: peruertunt fundamenta nature. Vnde Socrates illos execrari solebat: qui hec duo cōiuncta natura opinione praua distraxissent. ℂ Rapimur ui & imperio nature: sed nos corrupti uerum utile non dispicimus auaricie nubilo aut alterius effectus caligine obducti estuq; cupiditatum inflammati: ideo dicit utilia non posse reperiri: nisi in laude: decore: & honestate. Et hec sunt prima & summa (inquit) utilitas necessitati nature subuenit. ℂ Illa uero afferunt splendorem nominis & gloriam propter honestatem quippe laudamur. ℂ Illa laudem decorem & honestatem: quibus datur primus & summus locus. utilitas autem expetitur propter necessitatem: ergo prestabiliora magis appetenda sunt & ceteris preponenda. ℂ Quid est igitur affert ea que potuissent dici contra regulum. ꝙ noluerit iusiurandum uiolare: ne Iouem inuocatum offenderet. Et has rationes. Cice. confutabit: ostendetq; Regulum officio boni magni ꝙ uiri fungi. ℂ Nihil habere negocii. & hi fuerunt Epicurei Epicurus enim dicebat quod beatum eternumq; est: id ipsum nec habere quicquā negocii nec exhibere alteri. Itaq; ira neq; gratia teneri ꝙ que talia essent imbecilla essent omnia & negabat epicurus in deo esse gratia. ℂ Sed eorum peripatetici. s. & stoicorum & academicoꝝ: An ne igitur. proponit id quod pro Regulo dici potuisset: & introducit respondentem & asserentem turpitudinē ipsam esse minimum malū quod posita Cice. refellit. ℂ Minima de malis. s. est ipsa turpitudo: que in se minus habet mali q̄ ille cruciatus. ℂ Apud Accium in tragedia in qua Attreus qui fratrem deceperat thyestem: hec uerba dixit se. s. nec fregisse fidem nec dedisse: quoniam uoce tantum non mente iurauerat: ℂ Impio alieno ab omni pietate & Dei cultu cui pietatem debemus: & crudelissimo in fratrem. ℂ Luculente clare & bene. ℂ Addunt etiam hec sunt alia que afferebantur contra Regulum. ℂ Sed prima uideamus refellit Cice. ea que cōtra Regulū dicta sunt resumens primum de iureiurando quod interpretatur: ut ostendat nullo modo uiolandum esse. ℂ Apta pēnis. coniuncta. i. pēnata est uolans. Apere apud antiquos significabat coniungere. ℂ Inde apud Verg. Celum stellis ardentibus aptū. ℂ Iusiurandum Iouis quoniam inuocabāt iurando Iouem capitolium in capitolio. Fides dicitur ab Ennio pēnata: quasi transcendens uirtus: & maxima qm̄ testes non requirit cum sit tacitum in pectore numen & iusticie fundamentum. ℂ In capitolio fidē in capitolio primus cōsecrauit Attilius Callatinus inde. M. Emilius Scaurus. ℂ Sed ne malum quidē. hec fuit opinio stoicorū statuentiū nihil esse numerandū in malis preter uitia. ℂ De his rebus abunde dictū est supra. Stoici dicebant dolorē non esse malū & beatā uitam descensurā in oīa tormenta. Igitur Regulus illo dolore nihil mali habebat: quia nō discedebat ab officio & uirtutis prescripto. Philosophi stoici. s. ℂ Nā qui aiunt. refellit aliud de turpitudine quā illi dicebant minimā de malis & sic cōcludebant potius uiuendū esse cū turpitudine q̄ cū calamitate qđ est cōtra prescriptū nature que honestū amat & turpitudinē aduersat̄ & odit: & ostēdit Cice. nullū malum esse maius turpitudine: & uitio. Turpitudo enim maxime refert̄ ad mores: ideo turpis dicitur infamis. Que turpitudo si alios offendit cū est in corpore quāto magis animo. ℂ Itaq; neruosius & ideo inquit Cice. Stoici qui summā uim dabant uirtuti. nec illā eneruabant. ut peripatetici & academici dicebant id solū esse malū qđ esset turpe peripatetici aūt dicebant uitiū esse summū malū & sic relinquebatur esse alia mala preter turpitudinē: ut sunt dolores cruciatus & cetera id genus que stoici mala esse negabāt: qm̄ turpitudine uacarēt. ℂ Neruosius fortius & uirilius ut erāt stoici. ℂ Solū: nec posse dici aliud est malū p̄ter uitiū. ℂ Qui remissius. i. qui nō tantū roboris uirtuti tribuūt: & hi sunt peripatetici dicētes multa esse mala: sed uitiū est summū. ℂ Nā illud quidē nunc trāsit ad sñiam. Accii ostēdens seruari a poeta decoꝝ psone: nam cū psona atrei impii & infidi tractaret̄: sic debebat induci ut loqueret̄. Itaq; accius nō ideo id dicit: quia ita sentiret sed ut seruaret decoꝝ persone & ostēdit Cicero fidē esse seruandā etiā hosti: ut fecit Regulus qui illis fidē seruauit qui nullā fidem habebant: ne ab officio discederet. Ideo Syllus eum celebrat dicens. Qui longū semper fama gliscente per euū. Infidis seruare fidē memorabere penis. Quotiens in quitiuramus mente: & id mente cōcipimus fieri oportere seruandū. Piratis autē non est seruanda fides: quia iter ipsos ius bellicū nō intercedit. His autē seruanda est fides cum quibus legitime bellū geritur. Perduelliū. Hostium qui quondā uocabantur perduelles: & declarat Cice. quid sit peierare: afferens uerba Ethioclis. apud Euripidē in phenissis qui iurauerat se peracto anno daturum sceptrum fratri Polynici: sed postea dixit se iurasse lingua non mente. ℂ Scite docte & sapienter. ℂ Ius feciale de quo dictum est in primo uolumine: & affert exempla eorum qui dediti sunt hostibus a senatu: ne ius bellicum uiolaretur. Seruanda enim sunt iura belli: ut suo loco dictum est. Apud Caudū oppidum apud Samnites: inde caudine furce. Saltus duo alti siluosiq; sunt (inquit Liuius) montibus circa se perpetuis inter se iuncti: iacet inter eos satis patens clausus in medio campus herbidus: a quoq; per quem medium interest: sed anteq̄ uenias ad eum intrande prime angustie sunt & aut eadem qua te insinuaueris uia repetenda. aut si ire porro pergas per alium saltum arctiorem impeditioremq; euadendum: illuc missus fuit Romanus exercitus sub iugum

Vide Reguli ītegritatē.

Tormēta supplicia Reguli.

Vbi reperiant̄ utilia.

Vtilitas ob necessitatē expetit̄

Cice. Regulū laudat.

Epicuri opinio.

Tragedia accii

Neruosius:

Vitium summū malum.

Fides ēt hosti seruanda.

Ethiocles etiā iurauit lingua nō mēte

Caudiū Caudi- ne furce

